









IN

PLATONIS POLITIAM

QUAESTIONUM PHILOLOGICARUM

PARTICULA I.

IN

PLATONIS POLITIAM

QUAESTIONUM PHILOLOGICARUM

PARTICULA I.

SCRIPSIT

IOANNES HENRICUS NEUKIRCH,

PHIL. DR. ET SOCIET. GRAEC. IN UNIV. LITT. LIPS. SOC. HONOR.



LIPSIAE

EX OFFICINA HIRSCHFELDIA.

MDCCCXXXIV.

GODOFREDO HERMANNO

SCRIPTIONEM HANCCE CONSECRAVIT

VENERABUNDUS

AUCTOR.

LECTURIS.

Quamvis egregiam novissimis temporibus in emendanda explicandaque Platonis Politia operam collocarint viri docti, in quibus non infimum tenet locum recentissimus operis editor, Car. Ern. Christoph. Schneiderus, cuius admirabilis est industria in indicandis codicum vel minimis discrepantiis, eximia diligentia in perpendendis scripturis speciosioribus, acre ingenium in probandis illis, quas auctori vindicat, tamen, si ubique accurate consideraveris sententiae rationem et respexeris codicum lectiones, non admodum pauci superesse videbuntur loci, qui adhuc parum recte constituti vel certe ambigui aut vera destituti sint interpretatione. Quod quum ani-

madvertissem, quumque hic illic me videre putarem, quae non inutilia essent ad emendandum illustrandumve opus excellentissimum, haec in publicum edere constitui, quum simul animus auctus esset ipsius divini scriptoris dicto: *πολλά τοι ὀξύτερον βλεπόντων ἀμβλύτερον· ὁρῶντες πρότεροι εἶδον.* Et prima eorum formis absoluta prostat particula.

Iam vero nonnulla expromenda videntur de Politiae codicibus, qui adhuc collati sunt a viris doctis, ut, quibus non aliunde innotuit illorum indoles, ii hic habeant, unde certius iudicare possint de scripturis commendatis. Ac primum quidem tenendum est, ne unum quidem illorum, qui omnino numero sunt XXVII., quorum tamen nonnulli pauca tantum continent fragmenta, prorsus liberum esse a mutationibus de industria factis. Rarissime tamen manum emendatricem persensit Parisinus A. (ap. Bekk. *A*), quem Bekkerus omnes altioris vetustatis notas habere dicit, quam Clarkianum, qui scriptus est a. DCCCXCVI. Caeterorum proxime ad Par. A. praestantia accedit Venetus C. (ap. Bekk. *Π*). Ad eandem familiam pertinent satis boni Vaticani

BHM. (ap. Bekk. Θ m r) et Lobcovicensis; item Parisini DK. (ap. Bekk. *DK*), Vindobonenses B (ap. Bekk. Φ) DEF. Quorum postremus interdum tali modo discrepat ab optimis, ut dubium videri possit, an eius genuina sit scriptura; sed est ille ab homine peritissimo emendatus. Florentini ACRTV. (ap. Stallb. a c x α′ γ′) et ipsi non tantopere ab illis dissentiunt, ut non possint ad eandem familiam referri; quamquam RT. saepius manum correctricem experti sunt. Longius autem recedit Venetus B. (ap. Bekk. Ξ), in quo saepissime mutationes consilio admissae manifestae sunt, cuiusque singulares scripturae haud raro in antiquis edd., Ald. Bas. ab. Steph., exscriptae reperiuntur. Caeterum hic quoque, ut Vind. F., a perito homine correctus est. Minus idem valet in Monacensem B. (ap. Bekk. *q*) et Florentinum U. (ap. Stallb. *β′*), qui, fere inter se consentientes, supervacaneis mutationibus et interpolationibus scatent. Interdum Flor. U. in margine aut a secunda manu habet, quae in Mon. B. exstant in ordine et ab eadem scripta manu, quae caetera pinxit. Ange-

PLATONIS POLITIAE

LIB. I. p. 332. C.

Ἠνίξατο ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ὡς ἔοικεν, ὁ Σιμωνίδης ποιητικῶς τὸ δίκαιον ὃ εἴη. διενοεῖτο μὲν γάρ, ὡς φαίνεται, ὅτι τοῦτ' εἴη δίκαιον, τὸ προσῆκον ἑκάστῳ ἀποδιδόναι, τοῦτο δὲ ὠνόμασεν ὀφειλόμενον. Ἀλλὰ τί οἴει; ἔφη. Πρὸς Διός, ἦν δ' ἐγώ, εἰ οὖν τις αὐτὸν ἤρετο· ὦ Σιμωνίδη, ἡ τίσιν οὖν τί ἀποδιδοῦσα ὀφειλόμενον καὶ προσῆκον τέχνη ἰατρικὴ καλεῖται; τί ἂν οἴει ἡμῖν αὐτὸν ἀποκρίνασθαι;

Post *ἔφη* in praestantissimo Par. A. Vind. F. Flor. ACR. Amb. C. legitur *ὦ*, quod editores non agnoscunt, non tamen ostendentes, unde natum sit. Astius etiam *ἔφη* omisit scribens: *Ἀλλὰ τί οἴει, πρὸς* etc., idque cum Vind. B. et Ficino, qui vertit: verum quid putas ipsum dicturum, si quis eum roget etc.. Sed procul dubio scribendum est: *ἀλλὰ τί οἴει, ὦ πρὸς Διός* etc., ut V. p. 459. A: *ἆρ' οὖν, ὦ πρὸς Διός, προσέσχηκάς τι τοῖς τούτων γάμοις τε καὶ παιδοποιίαις*; IV. p. 425. C: *Τί δε, ὦ πρὸς θεῶν, τάδε τὰ ἀγοραῖα —;* Qui *ὦ* a librariis inseri potuerit, monstrari vix possit, facile, qui *ἔφη*. Quum Socratis oratio verbis *ἦν δ' ἐγὼ* introducta esset, eademque formula post repeteretur, opinantes, non omnia haec esse Socratis, Polemarcho tribuerunt *ἀλλὰ τί οἴει*, immemores, saepius eiusmodi formulas in eadem oratione repeti. VIII. p. 557. C: *Κινδυνεύει, ἦν δ' ἐγώ, καλλίστη αὕτη τῶν πολιτειῶν εἶναι, ὥσπερ ἱμάτιον ποικίλον πᾶσιν ἄνθεσι πεποικιλμένον, οὕτω καὶ αὕτη πᾶσιν ἤθεσι πεποικιλμένη καλλίστη ἂν φαίνοιτο. καὶ ἴσως μέν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ταύτην, ὥσπερ οἱ παῖδές τε καὶ αἱ γυναῖκες τὰ ποικίλα θεώμενοι, καλλίστην ἂν πολλοὶ κρίνειαν.* Hic quoque post *φαίνοιτο* alii *Τί μήν; ἔφη* inseruerunt, alii *φαίνοιτο;* alii *φαίνοιτο γὰρ ἦ δ' ὅς* addendum putarunt, alii *φαίνοιτο γὰρ ἦ δ' ὅς τοιαύτη τις*, quae omnia futilia esse docet Schneiderus indicatis pluribus locis consimilibus. Et sic etiam absque ulla artificiosa explicatione intelligitur sententia. Repetit Socrates in fine orationis *τί οἴει*, quoniam

plura verba intercesserunt, ideoque in initio positum *τί οἴει* non ita facile cogitari potuit ad *ἡμῖν αὐτὸν ἂν ἀποκρίνασθαι.*

Quod in margine Flor. ACR. et in Ang. B. exstat, *ὦ σώκρατες,* ob non intellectum *ὦ* excogitatum esse patet.

LIB. I. p. 336. E.

ὦ Θρασύμαχε, μὴ χαλεπὸς ἡμῖν ἴσθι. εἰ γὰρ ἐξαμαρτάνομεν ἐν τῇ τῶν λόγων σκέψει ἐγώ τε καὶ ὅδε, εὖ ἴσθι, ὅτι ἄκοντες ἁμαρτάνομεν. μὴ γὰρ δὴ οἴου, εἰ μὲν χρυσίον ἐζητοῦμεν, οὐκ ἄν ποτε ἡμᾶς ἑκόντας εἶναι ὑποκατακλίνεσθαι ἀλλήλοις ἐν τῇ ζητήσει καὶ διαφθείρειν τὴν εὕρεσιν αὐτοῦ, δικαιοσύνην δὲ ζητοῦντας, πρᾶγμα πολλῶν χρυσίων τιμιώτερον, ἔπειθ' οὕτως ἀνοήτως ὑπείκειν ἀλλήλοις καὶ οὐ σπουδάζειν ὅτι μάλιστα φανῆναι αὐτό. οἴου γε σύ, ὦ φίλε. ἀλλ', οἶμαι, οὐ δυνάμεθα. ἐλεεῖσθαι οὖν ἡμᾶς πολὺ μᾶλλον εἰκός ἐστί που ὑπὸ ὑμῶν τῶν δεινῶν, ἢ χαλεπαίνεσθαι.

Inter *γὰρ* et *ἐξαμαρτάνομεν* aliquot codd., non vero optimi, *τι* habent, quod, receptum a Stallbaumio, probatum a Sommero Ephem. schol. a. 1830. II. p. 1051 propterea, quod eo recepto peccatum minuatur oppositoque antecedenti *μὴ χαλεπὸς ἡμῖν ἴσθι* irrisio acrior fiat, tamen codicum gratia et quod facile intelligitur, qui a correctore addi potuerit, arcendum videtur. Neque ullam hic esse limitandi causam, consideranti patebit antecedentia B, C: *Καὶ ἐγώ τε καὶ ὁ Πολέμαρχος δείσαντες διεπτοήθημεν· ὁ δ' εἰς τὸ μέσον φθεγξάμενος· Τίς, ἔφη, ὑμᾶς πάλαι φλυαρία ἔχει, ὦ Σώκρατες; καὶ τί εὐηθίζεσθε πρὸς ἀλλήλους ὑποκατακλινόμενοι ὑμῖν αὐτοῖς;* etc.

Pro *οὐ σπουδάζειν* nonnulli codd. deteriores ostendunt *μὴ σπουδάζειν,* quod sane usitatius esse Schneiderus dicit et, quum falsam Thrasymachi opinionem Socrates hic coarguat, fortasse rectius. Sed negatio hic ad nullam pertinet opinionem, aut cogitationem, sed negat *οὐ* oppositionem, quae est in *ὑπείκειν ἀλλήλοις* et *σπουδάζειν ὅτι μάλιστα.* Ista inter se opposita esse non opinatur Socrates, sed res est certa.

Difficilius est, quod sequitur. *οἴου γε σὺ* non est in codicibus, sed a Bekkero factum. Plerique codd. praestantissimique omnes *οἴου τε σύ.* Flor. U. *καὶ οἴου σύ.* Par. D. *οἴου σύ.* Par. K. Mon. B. *μὴ οἴου σύ,* quod receptum est a Stallbaumio, sed manifesto originem ducit a correctura. In Vind. F. super *οἴου* legitur *οἶον,* in Vind. B. a m. s. *οἷόν γε σύ,* in Ven. B. et edd. ante Bekkerianam curatis *οἷόν γέ ἐστιν,* quod, neglecto *ὦ φίλε,* expressit Schleiermache-

rus: was sie recht ist, secutus, ut videtur, Ficinum: ignave concedere, ut non omni studio annitamur, quo ipsam plane comperiamus. sed, ut puto, eam assequi non valemus. Sed ut codd. omnes tuentur *ὦ φίλε*, quocum *οἷόν γέ ἐστιν* in fine orationis recte consistere non potest, ita etiam in hoc pro codicum discerepantiae ratione et Veneti B. indole manus correctrix est manifesta, ut perinde non habeat, quo nitatur, Astii coniectura *αὐτό· οὐχ οἷόν τέ ἐστιν, ὦ φίλε, ἀλλ', οἶμαι.* Bekkeri scripturam, facili mutatione secundum plerosque et optimos codices factam, Schneiderus sic explicat: *οἷον γε σύ*, sc. *ὅτι μάλιστα σπουδάζειν ἡμᾶς περὶ τὴν εὕρεσιν.* Profecto quidem saepius quum alii tum Plato contraria ex contrariis antecedentibus cogitatione repetenda lectoribus reliquerunt; sed id non aliter fieri solet nec fieri posse videtur, nisi oratione nondum absoluta et adiecta particula adversativa. Vidd. praeter illos locos, quos indicat Matthiaeus Gramm. p. 1306, Plat. Phaedon. p. 91. D. et Thucyd. I. 35, et cf. Frid. Frankius de Particulis negantibus ling. Graec. commentat. II. p. 22. Itaque stare non posse puto Bekkeri coniecturam, sed deprehendere hic mihi videor leve anacoluthon, quod faverit depravando loco, quem olim, quasi initio non *μὴ γὰρ δὴ οἷου*, sed *μὴ γὰρ δὴ οἴει* positum esset, sic finitum fuisse suspicor: *αὐτό, οἷόν τε σὺ* (sc. *οἴει*), *ὦ φίλε*; iustitiam vero quum quaerimus, rem multo auro pretiosiorem, tunc ut tam stulte alter alteri cedamus ac non quam maxime annitamur, ut ea appareat, fierine posse existimas, amice? sed, opinor, non possumus (ita anniti, ut illa appareat).

LIB. I. p. 339. B.

Vidd. annott. ad IV. p. 439. D, E.

LIB. I. p. 341. D.

Οὐ καὶ ἡ τέχνη, ἦν δ' ἐγώ, ἐπὶ τούτῳ πέφυκεν, ἐπὶ τῷ τὸ ξυμφέρον ἑκάστῳ ζητεῖν τε καὶ ἐκπορίζειν; Ἐπὶ τούτῳ, ἔφη. Ἆρ' οὖν καὶ ἑκάστῃ τῶν τεχνῶν ἔστι τι ξυμφέρον ἄλλο [*οὗ προσδεῖται*], *ἢ* [*ἐξαρκεῖ ἑκάστη αὐτὴ αὑτῇ, ὥστε*] *ὅτι μάλιστα τελέαν εἶναι; Πῶς τοῦτο ἐρωτᾷς; Ὥσπερ, ἔφην ἐγώ, εἴ με ἔροιο, εἰ ἐξαρκεῖ σώματι εἶναι*

σώματι, ἢ προσδεῖταί τινος, εἴποιμ' ἄν, ὅτι παντάπασι μὲν οὖν προσδεῖται· διὰ ταῦτα καὶ ἡ τέχνη ἐστὶν, ἡ ἰατρικὴ, νῦν εὑρημένη, ὅτι σῶμά ἐστι πονηρὸν καὶ οὐκ ἐξαρκεῖ αὐτῷ τοιούτῳ εἶναι· τούτῳ οὖν ὅπως ἐκπορίζῃ τὰ ξυμφέροντα, ἐπὶ τούτῳ παρεσκευάσθη ἡ τέχνη. ἦ ὀρθῶς σοι δοκῶ, ἔφην, ἂν εἰπεῖν οὕτω λέγων, ἢ οὔ; Ὀρθῶς, ἔφη.

Operaė pretium est, hic repetere, quae de hoc loço scribit Schneiderus: „Quae uncinis inclusa vides, e codice Mon. B. et margine Florentini U. accesserunt sensui perficiendo valde apposita. Nam quod ante Bekkerum vulgo legebatur *ξυμφέρον ἄλλο, ἢ* (pro *ἢ* Vind. D. habet *καὶ*) *ὅτι μάλιστα τελέαν εἶναι,* neque verum est neque sequentibus accommodatum. Non verum; quia, si arti conducere dicatur hoc, ut quam maxime perfecta sit, nihil dicatur, quod ea proprium sibi neque commune cum aliis rebus habeat, velut cum ipso corpore, quod si quam maxime perfectum sit, non magis utile quicquam recipiat. Non sequentibus accommodatum; quia interrogationem declaraturus Socrates vel id docere debebat, quid esset quam maxime perfecta ars, si forte hoc Thrasymachus non intellexisset, vel demonstrare, quicquid utile sit arti, ita utile esse, si perfectionem artis adiuvet: aliam utilitatem ei afferri non posse. Quorum neutrum facit, sed exempli loco interrogationem proponit cum ista nihil commune habentem et ad docendum adversarium omnino ineptam. Quam vere autem quamque apte omnia secundum codicem Monacensem dicta sint, pluribus exponere supervacaneum puto — — et Platonem non solum potuisse, sed etiam debuisse vel haec ipsa vel consimilia scribere ultro concedimus; sed quia codicis Monacensis minime ea indoles est, ut magis integram et genuinam recensionem, quam reliqui omnes, repraesentare videatur, neque apparet, quo modo ex illis, si ea ita a Platone scripta essent, vulgata oriri potuerit, nullo homoeoteleuto aliave erroris ansa conspicua, in codice autem Florentino eadem verba in margine posita sunt, interpolationi ea hominis docti deberi, veram lectionem casu nostris libris omnibus vetustiore interisse arbitramur." Bekkerus et Stallbaumius illa verba sine uncinis receperunt, expressit in interpretatione Germanica et necessaria putavit Schleiermacherus. Astius coniecit: *ξυμφέρον; ἢ οὐδενὸς προσδεῖται ἄλλου πρὸς τὸ ὅτι μάλιστα* etc.

Thrasymachus contenderat p. 340 sq.: *τὸν ἄρχοντα, καθόσον ἄρχων ἐστὶ, τὸ αὑτῷ βέλτιστον τίθεσθαι, τοῦτο δὲ τῷ ἀρχομένῳ ποιητέον.* Socrates contra hoc demonstraturus est, quod pronuntiatum est p. 342. E: *οὐδεὶς ἐν οὐδε-*

μιᾷ ἀρχῇ, καθόσον ἄρχων ἐστὶ, τὸ αὑτῷ ξυμφέρον σκοπεῖ οὐδ' ἐπιτάττει, ἀλλὰ τὸ τῷ ἀρχομένῳ καὶ ᾧ ἂν αὐτὸς δημιουργῇ, καὶ πρὸς ἐκεῖνο βλέπων καὶ τὸ ἐκείνῳ ξυμφέρον καὶ πρέπον καὶ λέγει ἃ λέγει καὶ ποιεῖ ἃ ποιεῖ ἅπαντα. Quo ut perveniat, Socrates, imperantem cum medico et gubernatore comparans, sic instituit argumentationem p. 341. C, D: ὁ τῷ ἀκριβεῖ λόγῳ ἰατρὸς, ὃν ἄρτι ἔλεγες, πότερον χρηματιστής ἐστιν, ἢ τῶν καμνόντων θεραπευτής; καὶ λέγε τὸν τῷ ὄντι ἰατρὸν ὄντα. Respondet Thrasymachus: Τῶν καμνόντων θεραπευτής. Socrates: Τί δὲ κυβερνήτης; ὁ ὀρθῶς κυβερνήτης ναυτῶν ἄρχων ἐστὶν, ἢ ναύτης; Thrasymachus: Ναυτῶν ἄρχων. Ne quid dubitationis restet de veri gubernatoris notione, Socrates addit: Οὐδὲν, οἶμαι, τοῦτο ὑπολογιστέον, ὅτι πλεῖ ἐν τῇ νηΐ, οὐδ' ἔστι κλητέος ναύτης. οὐ γὰρ κατὰ τὸ πλεῖν κυβερνήτης καλεῖται, ἀλλὰ κατὰ τὴν τέχνην καὶ τὴν τῶν ναυτῶν ἀρχήν. Id verum esse dicit Thrasymachus. Socrates pergit: Οὐκοῦν ἑκάστῳ τούτων (sc. τῶν ναυτῶν, navigantium) ἔστι τι ξυμφέρον; Thrasymachus: Πάνυ γε. Sic igitur demonstratum est, medicum gubernatoremque, quatenus medicus et gubernator sint, iis procreare utilitatem, quibus praepositi sint. Reliquum est, ut demonstretur, eos horum solorum, nunquam suum, spectare commodum. Ac iam sequuntur illa, prima a nobis posita, quae initium faciunt huius demonstrationis, quae hunc fere in modum peragitur. Ars comparata est ad quaerendum suppeditandumque cuique commodum. Illi contra, quum per se spectata (αὐτὴ ἡ τέχνη) nec vitiosa sit, ut corpus humanum, quod indiget arte medica, nec manca, ut oculi, qui indigent visu, vel aures, quibus opus est auditu, nullum accedere potest commodum, neque ab ea ipsa neque aliunde (p. 341. E, p. 342. A, B.). Iuvabit hic ponere ea, quae leguntur p. 342. B: οὔτε αὑτῆς οὔτε ἄλλης (sc. τέχνης) προσδεῖται ἐπὶ τὴν αὑτῆς πονηρίαν τὸ ξυμφέρον σκοπεῖν· οὔτε γὰρ πονηρία οὔτε ἁμαρτία οὐδεμία οὐδεμιᾷ τέχνῃ πάρεστιν, οὐδὲ προσήκει τέχνῃ ἄλλῳ τὸ ξυμφέρον ζητεῖν, ἢ ἐκείνῳ, οὗ τέχνη ἐστὶν, αὐτὴ δὲ ἀβλαβὴς καὶ ἀκέραιός ἐστιν ὀρθὴ οὖσα, ἕωσπερ ἂν ᾖ ἑκάστη ἀκριβὴς ὅλη ἧπερ ἐστί. Atqui imperant artes ei potentesque sunt eius, cuius artes sunt. Perinde igitur, ut artes, etiam medicus et gubernator et quivis moderator illius tantum, cui imperat vel praeest, non suum, spectat commodum.

Redeuntes iam illuc, unde profecti sumus, iure quaerere videamur, quid hic sibi velint illa: Ἆρ' οὖν καὶ ἑκάστῃ τῶν τεχνῶν ἔστι τι ξυμφέρον ἄλλο οὗ προσδεῖται, ἢ ἐξαρκεῖ ἑκάστη αὐτὴ αὑτῇ, ὥστε ὅτι μάλιστα τελέαν εἶναι; quae talia

sunt, ac si pertineant ad seriem argumentorum, quibus alicuius rei perfectio exponatur; id quod hoc loco omnino alienum est. Neque in antecedentibus de eo sermo est, quid opus sit ad perfectum reddendum medicum aut gubernatorem, et in sequentibus artes, per se spectatae, adeo absolutae dicuntur, ut neque aliunde neque a semet ipsis quidquam commodi accipere possint ad sese perficiendas. Conditio tantum rectae rationis artium ponitur haec, ut quaeque accurata tota sit, quae est. Quod igitur in artes, per sa spectatas, redundare dici potest commodum, id est illud, quod nascitur, si isti conditioni satisfit, id est, si quaeque earum quam maxime absoluta sive integra est. Unde apparet, ὅτι μάλιστα τελέαν εἶναι idem significare, quod ἀκριβῆ ὅλην εἶναι ἥπερ ἐστί, verissimamque esse librorum tantum non omnium scripturam: ξυμφέρον ἄλλο, ἢ ὅτι μάλιστα τελέαν εἶναι. Nec sequentibus illud non est accommodatum. Quum enim Thrasymachus non perspexisset, quomodo arti nihil aliud conducere dicatur, quam hoc unum, ut quam integerrima sit, i. e., accurata tota, quae est, Socrates ad rem illustrandam contrarium profert exemplum de corpore, cui, quod natura sua sit morbosum neque ei satis sit corpus esse, i. e., accuratum totum, quod est, corpus morbosum, etiam aliud quid, velut ars medica, conducere possit; idemque latius deinceps explanatur exemplis oculorum et aurium, quorum illi visu indigeant, hae auditu.

Sic locum explicavimus ex mente Platonis. Animadvertendum est autem, a scriptore non, ut in ipsa argumentatione imperans, medicus, gubernator, ars significantur, quatenus sunt imperans, medicus, gubernator, ars, perinde etiam in exemplis illustrantibus corpus, oculos, aures per se spectata usurpata esse. Nam corpus per se spectatum sive quatenus est corpus non minus, quam ars, perfectum et absolutum est, neque ulla iuvari potest medicina. Nec oculi per se spectati indigent visu, nec aures auditu; nisi si haec ad illorum notionem ita pertinere statuas, ut absque hisce cogitari nequeant. Etiamsi igitur verba illa, quae manifesto ex sequentibus coniecta sunt et argumentationis ordinem turbant, servare velles, ne sic quidem res, propter quam Schneiderus plerorumque omnium librorum scripturam non veram dicit, mutaretur, quum, si artis perfectio ex ipsa arte pendet, corporis perfectio non minus pendeat ex ipso corpore. Caeterum licentia ista, quam Plato sibi sumpsit in confundendis notionibus, primaria hic videtur exstitisse causa omnis dubitationis.

LIB. II. p. 358. D.

ἀλλ' ὅρα, εἴ σοι βουλομένῳ ἃ λέγω.

Post *βουλομένῳ* Ven. B. et editi ante Bekkerum inserunt *εἴη*, quod, quum optativo hic locus non sit, Astius in *ἐστὶν* mutari voluit. Neutrum vero a Platone profectum esse codices testes sunt. Itaque Stallbaumius et Schneiderus alterum cogitatione supplendum esse putant. Facilius tamen, ut videtur, verbum *λέγω*, quod positum est, cogitatione repetitur, quam *ἐστὶν*, cuius duram quidem hic esse ellipsin ne Schneiderius quidem negat, intelligitur. Sic *ἐγένοντο* cogitatione repetendum est Thucyd. I. 15: *πάντες δέ, ὅσοι καὶ ἐγένοντο πρὸς ὁμόρους τοὺς σφετέρους ἑκάστοις*, ubi vulgo post *πάντες δὲ* legitur *ἦσαν*, quod secundum codd. delendum esse docuit Hermannus. Cf. ibid. I. 22, et Plat. Sympos. p. 189. C. Alia exempla vidd. apud Matthiaeum Gramm. p. 1305 sq.

Non autem alia ratione, quam hac, apte expediri posse videtur III. p. 390. B: *Τί δέ; ποιεῖν ἄνδρα τὸν σοφώτατον λέγοντα, ὡς δοκεῖ αὐτῷ κάλλιστον εἶναι πάντων, ὅταν παράπλειαι ὦσι τράπεζαι σίτου καὶ κρειῶν, μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων οἰνοχόος φορέῃσι καὶ ἐγχείῃ δεπάεσσι, δοκεῖ σοι ἐπιτήδειον εἶναι πρὸς ἐγκράτειαν ἑαυτοῦ ἀκούειν νέῳ; — ἢ Δία, καθευδόντων τῶν ἄλλων θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων ὡς μόνος ἐγρηγορὼς ἃ ἐβουλεύσατο, τούτων πάντων ῥᾳδίως ἐπιλανθανόμενον διὰ τὴν τῶν ἀφροδισίων ἐπιθυμίαν καὶ οὕτως ἐκπλαγέντα ἰδόντα τὴν Ἥραν, ὥστε μηδ' εἰς τὸ δωμάτιον ἐθέλειν ἐλθεῖν, ἀλλ' αὐτοῦ βουλόμενον χαμαὶ ξυγγίγνεσθαι*, aut Iovem, dormientibus caeteris diis et hominibus quum solus vigilans animo volvisset, quae volverat, haec omnia facile obliviscentem, id est, aut Iovem facile obliviscentem omnia, quae animo volverat, quum solus vigilans caeteris diis et hominibus dormientibus consilia in mente agitasset. Itaque *ἃ ἐβουλεύσατο* pertinet et ad *ὡς μόνος ἐγρηγορὼς ἐβουλεύσατο* et ad *τούτων πάντων*, quod illi sic subiicitur, ut scriptor iam eorum, quae ante *ἃ ἐβουλεύσατο* posita sunt, nullam habeat rationem; id quod minime est inauditum. Cf. annott. ad II. p. 368. D. Intricatior locus visus est Schneidero, qui, deleta post *Δία* interpunctione: „Comma," inquit, „post *Δία* sustuli, quia quae inter hoc nomen et *ἐπιλανθανόμενον* posita sunt, talem obiecti descriptionem continent, ut pro *ἃ ἐβουλεύσατο, τούτων* participium aliamve dictionem simplicem animo designatam habuisse Socrates videatur, cui adiectam per genitivos absolutos temporis et conditionis significationem a nomine Iovis non magis sepa-

rare deberemus, quam si scriptum esset Δία νυκτὸς βεβουλευμένων ἐπιλανθανόμενον. Iam mutata illa primitiva orationis forma et ob alteram conditionem verbis ὡς μόνος ἐγρηγορὼς significandam omisso participio in eiusque locum receptis ἃ ἐβουλεύσατο, τούτων nexus inter priora et Iovis nomen non solvitur." Stallbaumio, interpungenti post Δία et ἀνθρώπων, delenti interpunctionem post ἐβουλεύσατο, verba sic cohaerent: ἢ Δία ὡς ῥᾳδίως ἐπιλανθανόμενον πάντων τούτων, ἃ, καθευδόντων τῶν ἄλλων θεῶν τε καὶ ἀνπρώπων, μόνος ἐγρηγορὼς ἐβουλεύσατο. Sed isto modo ex quavis oratione quamvis aliam facere possis. Ficinus, Astius, Schleiermacherus vertentes non exprimunt ὡς, qua perticula deleta sane omnis tolleretur difficultas; etsi collocatione vorborum offenderemur. Caeterum iam antiquitus in explicando hoc loco viros doctos laborasse, inde intelligitur, quod post ἐβουλεύσατο Mon. B. et a m. s. Flor. U. addunt τελέσειε, quod tamen ineptum est, ut haud raro horum mutationes.

LIB. II. p. 358. E.

καὶ ὃ πρῶτον ἔφην ἐρεῖν, περὶ τούτου ἄκουε τί οἴονται, καὶ ὅθεν γέγονε δικαιοσύνη.

τί οἴονται. Ita Schneiderus cum Bekkero secundum Mon. B. et Flor. U., qui etiam habent καὶ ὅθεν γεγονέναι δικαιοσύνην, quod et ipsum Bekkerus recepit. Astius cum Flor. B. et edd. ante Bekkerum τί τε ὂν τυγχάνει. Stallbaumius cum Vind. F. Flor. RT. οἷόν τε. Vind. D. τί οἷόνγε, sed correctus in γ. Ven. C. cum quatuor aliis τί οἷόντε. Par A. cum decem aliis τί ὄν τε. Idem aut οἷόν τε legisse videtur Ficinus: iam audi, quale sit et unde sit orta iustitia. Quod igitur ad codices attinet, maximam auctoritatem habet τί ὄν τε, secundam τί οἷόν τε, tertiam οἷόν τε. De Mon. B. et Flor. U. Schneiderus ad h. l. scribit: „Quos ipsos hunc locum non fideliter ex antiquiore aliquo et reliquis nostris omnibus certiore exemplari descriptum, sed ab homine solerti et ingenio fidente emendatum exhibere sequentia docent."

Verba sunt Glauconis, dicunturque Socrati. Quum enim Thrasymachus partes suas in defendenda iniustitia deseruisset, Glauconi res nondum expedita videbatur, sed ulterius eam ita persequi cupiebat, ut ipse in sophistae illius locum succederet omninoque eos, qui iustitiae iniustitiam anteponerent, reprae-

sentaret horumque ex persona loqueretur. *ἐπαναvεώσομαι*, inquit paullo ante, *τὸν Θρασυμάχου λόγον, καὶ πρῶτον μὲν ἐρῶ δικαιοσύνην οἷον εἶναί φασι καὶ ὅθεν γεγονέναι· δεύτερον δέ, ὅτι πάντες αὐτὸ οἱ ἐπιτηδεύοντες ἄκοντες ἐπιτηδεύουσιν ὡς ἀναγκαῖον, ἀλλ' οὐχ ὡς ἀγαθόν· τρίτον δέ, ὅτι εἰκότως αὐτὸ δρῶσι.* Iam igitur quod primum hic posuit, ad id recurrit illo loco, cuius veram scripturam quaerimus; patetque, quod verbis *δικαιοσύνην οἷον εἶναί καὶ ὅθεν γεγονέναι* ante pronuntiavit, idem eum post aut paene idem repetisse aut ex sua persona aut ex eorum, quos repraesentat. Quare optimum esset, si minus destitutum esset codicum auctoritate, *οἷόν τε* sc. *ἐστί*; non multo minus bonum *τί οἷόν τε* sc. *ἐστί*, quod propositionis fines paullo dilatat nec sequentibus refragatur. Quum vero nihil facilius hoc loco fingi potuisse videatur, quam *οἷον*, idque in optimo pluribusque aliis codd. non reperiatur, vix et ne vix quidem dubitare licet, quin verum sit illud, et ipsum tam antecedentibus quam sequentibus accommodatum et ita comparatum, ut correctoris manum persensisse non videatur, *τί ὄν τε:* quae (i. e. qua natura praedita) et unde orta sit iustitia; accuratius Germanice: was seiend und woher die Gerechtigkeit entstanden. Paullo post, p. 359. A: *καὶ εἶναι δὴ ταύτην γένεσίν τε καὶ οὐσίαν δικαιοσύνης μεταξὺ οὖσαν τοῦ μὲν ἀρίστου ὄντος, ἐὰν ἀδικῶν μὴ διδῷ δίκην, τοῦ δὲ κακίστου, ἐὰν ἀδικούμενος τιμωρεῖσθαι ἀδύνατος ᾖ.* Omnino autem locus hac ratione scribendus videtur: *καί ὃ πρῶτον ἔφην ἐρεῖν περὶ τούτου, ἄκουε, τί ὄν τε καὶ ὅθεν γέγονε δικαιοσύνη. περὶ τούτου* est de hac re, referturque ad Socratis verba proxime antecedentia: *περὶ γὰρ τίνος ἂν μᾶλλον πολλάκις τις νοῦν ἔχων χαίροι λέγων καὶ ἀκούων;* in quibus *περὶ γὰρ τίνος* est de qua enim re. Significatur autem res, de qua disputaturi sunt. Verba denique *τί ὄν τε* etc. per epexegesin addita sunt ad *τοῦτο*, quod ex antecedente *ὃ* cogitatione repetendum est ante *ἄκουε.*

Isto modo mihi omnia secundum optimum codicem explanata videntur, ut etiam carere possimus coniectura *τί οἴονται*, quae ne apta quidem videtur. Certe vereor, ut Schneiderus eam cuiquam probabilem reddiderit sic interpretatus: „quod primum me dicturum dixeram, de eo accipe quid opinentur, et unde orta sit iustitia? Primum dicturus fuerat de vulgi circa naturam et originem iustitiae opinione. Id argumentum, sicut erat, bipartitum hic enuntiat, sed alteram partem ita, ut si ex sua eam sententia declaraturus esset. Hoc vero minime tale est, ut a retinenda codicum

auctoritate (quod pertinet ad γέγονε δικαιοσύνη, contra Bekkerum) absterrere nos debeat: vel ex proximis repetamus ὥσπερ οἴονται, vel potius statuamus iam hic Glauconem suam personam ponere pro eis, quorum caussam acturus est.“ Ut Schneiderus, caeteri omnes editores τούτου referunt ad ὅ, interpungentes post ἐρεῖν et post ἄκουε; neque aliter vertit Schleiermacherus. Recte vero hoc quidem Ficinus, cui nemo animum satis advertebat: Enimvero quod primum de hoc dicere pollicitus sum, iam audi; quale —.

LIB. II. p. 364. C.

τούτων δὲ πάντων οἱ περὶ θεῶν τε λόγοι καὶ ἀρετῆς θαυμασιώτατοι λέγονται, ὡς ἄρα καὶ θεοὶ πολλοῖς μὲν ἀγαθοῖς δυστυχίας τε καὶ βίον κακὸν ἔνειμαν, τοῖς δὲ ἐναντίοις ἐναντίαν μοῖραν. ἀγύρται δὲ καὶ μάντεις ἐπὶ πλουσίων θύρας ἰόντες πείθουσιν, ὡς ἔστι παρὰ σφίσι δύναμις ἐκ θεῶν ποριζομένη θυσίαις τε καὶ ἐπῳδαῖς, εἴ τέ τι ἀδίκημά του γέγονεν αὐτοῦ ἢ προγόνων, ἀκεῖσθαι μεθ' ἡδονῶν τε καὶ ἑορτῶν, ἐάν τέ τιν' ἐχθρὸν πημῆναι ἐθέλῃ, μετὰ σμικρῶν δαπανῶν ὁμοίως δίκαιον ἀδίκῳ βλάψειν ἐπαγωγαῖς τισὶ καὶ καταδέσμοις τοὺς θεούς, ὥς φασι, πείθοντές σφισιν ὑπηρετεῖν.

βλάψειν, quod Schneiderus edidit cum Bekkero, tantum in uno eoque recenti codice, Amb. C., exstat. Mon. B. βλάψιν superscripto ε inter ψ et ι. Vind F. Ang. B. Flor. R. βλάψῃ. Caeteri codd. et edd. ante Bekkerum βλάψει, quod stare posse non videtur. Mureti coniecturam βλάψαι cum Astio in tertia ed. recepit Stallbaumius. Id sane facile mutari potuit in βλάψῃ. Quum vero etiam ει et η saepius a librariis confusa sint, βλάψῃ etiam ex βλάψει nasci potuit. Huius vero mutatio in βλάψειν, quum innumeris locis infinitivus et tertia persona singularis confusa sint, tantula est, ut, etiamsi Ambrosiano et Monacensi nihil tribuamus, propter libros mss. facile id probemus. Quaeritur autem, quomodo explicari possit βλάψειν. Schneiderus ita sentit: „ἔστι μοι δύναμις βλάψειν non satis recte dici videtur. Sed illam vim sibi datam a diis dictitantes simul profitebantur haec omnia etiam esse facturos.“ Id necessitate coactus excogitasse videtur vir doctus; ideoque etiam, ut videtur, praelaturus erat βλάψαι, si in codice aliquo exstraret. Docendum vero erat etiam, sive βλάψειν sive βλάψαι legitur, qui hic infinitivus pendere possit ex δύναμις, quum δύναμις pertineat ad σφίσι,

in sequentibus autem non dativus πείθουσι, sed nominativus legatur πείθοντες, pro quo saltem πείθοντας desideratur. Sed praestat βλάψειν, quam βλάψαι, et omnia expedita videbuntur, si ad βλάψειν ex antecedentibus verbum πείθουσιν cogitando repetiveris. Sic vocabulo εἴτε, ut haud raro alias, respondet ἤ, et vocula τέ post ἐάν annectit sequentia, quae eiusdem generis sunt, atque antecedentia. Cf. annott. ad IX. p. 578. A. Quod solum hic anacoluthi speciem prae se fert, id est illud, quod post πείθουσιν primum positum est ὡς cum indicativo, deinde infinitivus. Id tamen prorsus ex linguae legibus est, ut in quavis grammatica legere licet.

Quod ad interpunctionem attinet, Schneiderus dicit, comma post πορίζομένη fortasse utile, sed non necessarium esse. Ego non video, qui sic interpungi possit, quum verbis θυσίαις τε καὶ ἐπῳδαῖς conditio antecedentis πορίζομένη contineatur. Sed Schneiderus illa ad ἀκεῖσθαι trahere videtur. Adhibita autem media distinctione post ἑορτῶν, perspicuitas loci multum iuvabitur.

LIB. II. p. 368. D.

ἐπειδὴ οὖν ἡμεῖς οὐ δεινοί, δοκεῖ μοι, ἦν δ' ἐγώ, τοιαύτην ποιήσασθαι ζήτησιν αὐτοῦ (sc. τί τ' ἔστιν ἡ δικαιοσύνη τε καὶ ἀδικία καὶ περὶ τῆς ὠφελείας αὐτοῖν τἀληθὲς ποτέρως ἔχει), οἵανπερ ἂν εἰ προσέταξέ τις γράμματα σμικρὰ πόρρωθεν ἀναγνῶναι μὴ πάνυ ὀξὺ βλέπουσιν, ἔπειτά τις ἐνενόησεν, ὅτι τὰ αὐτὰ γράμματα ἔστι που καὶ ἄλλοθι μείζω τε καὶ ἐν μείζονι· ἕρμαιον ἂν ἐφάνη, οἶμαι, ἐκεῖνα πρῶτον ἀναγνόντας οὕτως ἐπισκοπεῖν τὰ ἐλάττω, εἰ τὰ αὐτὰ ὄντα τυγχάνει.

Ambigunt interpretes de explicando hoc loco. Stallbaumius, non dissentiens ab Astio et Schleiermachero, post οἵανπερ ἂν intellecto ἐποιησάμεθα sic vertit, quasi scriptum esset βλέπουσιν ἡμῖν. Schneiderus: „Sequi debebat," inquit, „ἄσμενοι ποιήσαιντο vel tale, pro quo per anacoluthon ob interiecta mutato sermone dicitur ἕρμαιον ἂν ἐφάνη etc." Non est proprie anacoluthon. Post οἵανπερ ἂν ex ποιήσασθαι cogitandum est ποιήσαιντο, eaque apodosis est eius, quod pronunciatum est verbis εἰ προσέταξέ τις — βλέπουσιν. Altera protasis est (εἰ) τις ἐνενόησεν — μείζονι, et ad utramque protasin pertinet apodosis ἕρμαιον ἂν etc. Prior igitur protasis εἰ προσέταξέ τις — βλέπουσιν duplicem habet apodosin, alteram ante se positam, alteram post sese. Quum

posteriorem apodosin addidit scriptor, initium orationis non respexit, sed ita eam continuavit, quasi ante εἰ προσέταξέ τις nihil antecessisset, quod cum hoc cohaereret. Caeterum minime adversor Winckelmanno ad Plat. Euthydem. p. 99, interpungenti — μείζονι, ἕρμαιον —.

Eadem ratio obtinet II. p. 378. B, C: Οὐδέ γε, ἦν δ' ἐγὼ, τὸ παράπαν (λεκτέον), ὡς θεοὶ θεοῖς πολεμοῦσί τε καὶ ἐπιβουλεύουσι καὶ μάχονται· οὐδὲ γὰρ ἀληθῆ· εἴ γε δεῖ ἡμῖν τοὺς μέλλοντας τὴν πόλιν φυλάξειν αἴσχιστον νομίζειν τὸ ῥᾳδίως ἀλλήλοις ἀπεχθάνεσθαι· πολλοῦ δεῖ γιγαντομαχίας τε μυθολογητέον αὐτοῖς καὶ ποικιλτέον καὶ ἄλλας ἔχθρας πολλὰς καὶ παντοδαπὰς θεῶν τε καὶ ἡρώων πρὸς συγγενεῖς τε καὶ οἰκείους αὐτῶν. ἀλλ' εἴ πως μέλλομεν πείσειν, ὡς οὐδεὶς πώποτε πολίτης ἕτερος ἑτέρῳ ἀπήχθετο οὐδ' ἔστι τοῦτο ὅσιον, τοιαῦτα λεκτέα μᾶλλον πρὸς τὰ παιδία εὐθὺς καὶ γέρουσι καὶ γραυσὶ καὶ πρεσβυτέροις γιγνομένοις, καὶ τοὺς ποιητὰς ἐγγὺς τούτων ἀναγκαστέον λογοποιεῖν.

Post ἀπεχθάνεσθαι Schneiderus interpunctionem mutavit, quum caeteri ibi punctum ponant, comma post αὐτῶν, exceptis edd. Ald. Bas. ab. Steph., quae hic quoque punctum habent. Pro πολλοῦ δεῖ, quod tantum non omnes codices offerunt (Vind. F. πολλοῦ δή. Vind. E. πολλοῦ δεῖ. οὐδέ), Astius et Stallbaumius πολλοῦ γε δεῖ receperunt ex Theodoreto, cuius auctoritatem contra reliquos valere non posse merito dicit Schneiderus. Ficinus vertit: quare nec ullo pacto narrandum illis etc. Schleiermacherus copulam addidit: Und weit gefehlt, dass etc. Schneiderus librorum scripturam ita explicat: „propius ad mentem scriptoris accedere puto, si quis haec verba usque ad οἰκείους αὐτῶν non initium novae sententiae, sed accessionem ad superiora et eo modo, quo epiphonemata solent, adiecta statuat.“ Neque sane est initium novae sententiae, sed continent verba πολλοῦ δεῖ cum sequentibus consecutionem ex posita conditione εἴ γε δεῖ — ἀπεχθάνεσθαι, quae conditio simul pertinet ad proxime antecedentia. Quare simplicissima loci explicatio haec est, si πολλοῦ δεῖ et sequentia apodosin esse statuamus pertinentem ad εἴ γε δεῖ etc., scriptoremque, quum adderet hanc apodosin, iam non eorum, quae ante εἴ γε δεῖ posuerat, rationem habuisse; ut post ἀπεχθάνεσθαι comma ponendum sit. Itaque nec est quod πολλοῦ δεῖ — αὐτῶν epiphonematis instar additum esse credamus, neque opus est verba ἀλλ' εἴ πως etc. divellere puncto posito ab antecedentibus, quibuscum ita cohaerent, ut ἀλλά hic pro Germanico sondern accipiendum esse videatur.

Deleto autem puncto repositoque commate post αὐτῶν nescio an omittendum sit λεκτέα, quod in aliis codicibus, ut in editionibus omnibus, legitur ante μᾶλλον, in aliis post μᾶλλον, in Par. A. autem nonnullisque aliis prorsus non exstat, ideoque suspicionem movet de glossemate, ut verbum hoc loco necessarium vel ex antecedente μυθολογητέον et ποικιλτέον vel ex sequente λογοποιεῖν cogitatione adiiciendum sit.

Quodsi horum locorum veram structurae rationem vidimus, eadem erit etiam IV. p. 429 sq.: *Τοιοῦτον τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ὑπόλαβε κατὰ δύναμιν ἐργάζεσθαι καὶ ἡμᾶς, ὅτε ἐξελεγόμεθα τοὺς στρατιώτας καὶ ἐπαιδεύομεν μουσικῇ καὶ γυμναστικῇ, μηδὲν οἴου ἄλλο μηχανᾶσθαι, ἢ ὅπως ἡμῖν ὅτι κάλλιστα τοὺς νόμους πεισθέντες δέξοιντο ὥσπερ βαφήν, ἵνα* —. Hic aute μηδὲν aliquot codd. et edd. antiquae inserunt καί. Ficinus: atque existima. — Recentiores καὶ secundum meliores codices omittunt, haud dubie recte. Verba autem μηδὲν οἴου etc., colo destinguentes, per epexegesin accedere statuunt; quod ferri possit: glaube nämlich nicht; non, quaemadmodum Schleiermacherus vertit, seductus spurio καί: und glaube nicht. Considerantibus vero huius cum prioribus locis similitudinem Plato haec aliter cogitasse videbitur. Nec, quos locos Schneiderus affert ad hunc illustrandum, ii huic prorsus similes sunt: Legg. V. extr.: *ὃ δὴ καὶ σοὶ ποιητέον, ὦ Κλεινία· πρῶτον τρεπτέον ἐπὶ τὰ τοιαῦτα μέλλοντί γε κατοικίζειν χώραν.* ibidem VI. p. 762. D: *ὁ δὲ αἰσθόμενός τε καὶ πυθόμενος μὴ ἐπεξιὼν ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνεχέσθω νόμοις καὶ πλείονι τῶν νέων ζημιούσθω· περὶ τὰς τῶν νέων ἀρχὰς ἠτιμάσθω πάσας.* In his enim nihil intercedit conditionis, quod vim habeat aut in antecedentia aut in sequentia. Cf. annott. ad IX. p. 585. A.

LIB. II. p. 378. B, C.

Vidd. annott. ad II. p. 368. D.

LIB. III. p. 387. E.

Ἀλλὰ μὴν καὶ τόδε λέγομεν, ὡς ὁ τοιοῦτος (i. e. *ὁ ἐπιεικὴς ἀνήρ*) *μάλιστα αὐτὸς αὑτῷ αὐτάρκης πρὸς τὸ εὖ ζῆν καὶ διαφερόντως τῶν ἄλλων ἥκιστα ἑτέρου προσδεῖται. Ἀληθῆ, ἔφη. Ἥκιστ' ἄρα αὐτῷ δεινὸν στερηθῆναι υἱέος ἢ χρημάτων ἢ ἄλλου του τῶν τοιούτων. Ἥκιστα μέντοι. Ἥκιστ' ἄρα καὶ ὀδύρεσθαι, φέρειν δὲ ὡς πρᾳότατα,*

ὅταν τις αὐτὸν τοιαύτη ξυμφορὰ καταλάβῃ. Πολύ γε. Ὀρθῶς ἄρ' ἂν ἐξαιροῖμεν τοὺς θρήνους τῶν ὀνομαστῶν ἀνδρῶν, γυναιξὶ δ' ἀποδιδοῖμεν, καὶ οὐδὲ ταύταις σπουδαίαις, καὶ ὅσοι κακοὶ τῶν ἀνδρῶν, ἵνα ἡμῖν δυσχεραίνωσιν ὅμοια τούτοις ποιεῖν οὓς δή φαμεν ἐπὶ φυλακῇ τῆς χώρας τρέφειν.

Quaeritur, quomodo infinitivi ὀδύρεσθαι, φέρειν apte intelligi possint, quum, si ex δεινὸν, ut consentaneum videtur, pendere eos statuamus, contraria efficiatur sententia, atque est ipsius Platonis. Astius et δεινὸν pro accusativo habet, quum vertit: Minime ergo ipsi grave accidere, si orbetur etc. et infinitivos hosce ex λέγομεν suspensos facit. Schleiermacherus δεινὸν pro nominativo habuit: Ihm ist es also auch am wenigsten schrecklich; nihilo vero minus ὀδύρεσθαι, φέρειν cum λέγομεν consociavit: Am wenigsten also werde er auch iammern, sondern —. At neque δεινὸν pro accusativo haberi posse videtur, neque, si δεινὸν nominativus est, infinitivi isti ex λέγομεν pendere credi. Sed ut utrumque concedamus, tamen vel sic res non est absoluta. Nam non de eo agitur, utrum lamentetur vir probus, necne, sed num tolerabile sit ei non lamentari. Quod incommodum restat etiam, si cum Schneidero ex non posito ἐστί ad δεινὸν satis incommode, ut videtur, repetamus συμβήσεται, unde pendeat sequens oratio; nec removetur Stallbaumii coniecturâ ὀδύρεται, φέρει δὲ, secundum Ficinum, ut videtur. Itaque neque lamentatibur, sed moderatissime feret. Ego pro vero habeo Ἥκιστ' ἄρα καὶ μὴ ὀδύρεσθαι etc. Sic infinitivi pendent, ut consentaneum est, ex δεινὸν, et omnia recte se habent. Similiter V. p. 454. B. omnes codices praeter Ven. B. et Galenus omittunt neque legit Ficinus necessarium μὴ in hisce: Τὸ μὴ τὴν αὐτὴν φύσιν —. Ante ὀδύρεσθαι vel consulto omittere potuerunt librarii negationem, si totam sententiae rationem non satis perspectam habebant, quum non ἥκιστα μὴ ὀδύρεσθαι, sed ἥκιστα ὀδύρεσθαι respondeat sequenti φέρειν ὡς πρᾳότατα.

Subsequentia ita interpretanda esse arbitror: Recte igitur tollemus lamentationes ex illustribus viris etc. Aliter interpretes: Ficinus: Merito igitur clarorum virorum ploratus e medio tolleremus; Astius: Recte igitur eximemus ploratus nominatorum virorum. Non video, quidni construi possit ἐξαιροῖμεν τῶν ὀνομαστῶν ἀνδρῶν, cui opponatur γυναιξὶ ἀποδιδοῖμεν. Apolog. Socr. p. 19. A: ἀπολογητέον δή, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ἐπιχειρητέον ὑμῶν ἐξελέσθαι τὴν διαβολήν, ἣν ὑμεῖς ἐν πολλῷ

χρόνῳ ἴσχετε. Legimus quidem paullo ante, D: Καὶ τοὺς ὀδυρμοὺς ἄρα ἐξαιρήσομεν καὶ τοὺς οἴκτους τοὺς τῶν ἐλλογίμων ἀνδρῶν, ubi intelligendum est τῇ πόλει. Sed videtur Plato eo ipso, quod hic post οἴκτους articulum posuit, illic post θρήνους omisit, nisi quis ex Mon. B. inserendum opinetur, significasse, non utriusque loci eandem esse rationem. Manifesto autem a vero aberrasse videtur Schleiermacherus, quum vertit: Also auch wohl die Wehklagen und das Iammern um ausgezeichnete Männer werden wir abschaffen? et: Mit Recht also schaffen wir die Klagen um berühmte Männer ab. Pergit enim Socrates p. 388. A, B. hoc modo: Πάλιν δὴ Ὁμήρου τε δεησόμεθα καὶ τῶν ἄλλων ποιητῶν μὴ ποιεῖν Ἀχιλλέα, θεᾶς παῖδα, ἄλλοτ' ἐπὶ πλευρᾶς κατακείμενον, ἄλλοτε δ' αὖτε ὕπτιον, ἄλλοτε δὲ πρηνῆ, τοτὲ δ' ὀρθὸν ἀναστάντα πλωΐζοντ' ἀλύοντ' ἐπὶ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο, μηδὲ ἀμφοτέρῃσι χερσὶν ἑλόντα κόνιν αἰθαλόεσσαν χευάμενον κὰκ κεφαλῆς, μηδὲ ἄλλα κλαίοντά τε καὶ ὀδυρόμενον, — μηδὲ Πρίαμον, ἐγγὺς θεῶν γεγονότα, λιτανεύοντά τε καὶ κυλινδούμενον κατὰ κόπρον, et quae sequuntur. Ne igitur ipsi homines illustres lamententur, de eo agitur.

LIB. III. p. 390. B.

Vidd. annott. ad II. p. 358. D.

LIB. III. p. 391. A.

οὐδ' αὐτὸν τὸν Ἀχιλλέα ἀξιώσομεν οὐδ' ὁμολογήσομεν οὕτω φιλοχρήματον εἶναι, ὥστε παρὰ τοῦ Ἀγαμέμνονος δῶρα λαβεῖν καὶ τιμὴν αὖ λαβόντα νεκροῦ ἀπολύειν, ἄλλως δὲ μὴ θέλειν. Οὔκουν δίκαιόν γε, ἔφη, ἐπαινεῖν τὰ τοιαῦτα. Ὀκνῶ δέ γε, ἦν δ' ἐγώ, δι' Ὅμηρον λέγειν, ὅτι οὐδ' ὅσιον ταῦτά γε κατὰ Ἀχιλλέως φάναι καὶ ἄλλων λεγόντων πείθεσθαι. καὶ αὖ, ὡς πρὸς τὸν Ἀπόλλω εἶπεν· Ἔβλαψάς μ' ἑκάεργε, et quae sequuntur.

Inde a II. p. 379. C. usque ad III. p. 391. E. plura ex Homero affert Socrates, quae ille de diis et heroibus dixit, graviter reprehendenda. II. p. 379. C, D. dicit: Οὐκ ἄρα ἀποδεκτέον οὔτε Ὁμήρου οὔτ' ἄλλου ποιητοῦ ταύτην τὴν ἁμαρτίαν περὶ τοὺς θεοὺς ἀνοήτως ἁμαρτάνοντος καὶ λέγοντος, ὡς δοιοὶ πίθοι κατακείαται etc., quae tracta

sunt ex Il. XXIV. 527 sqq. II. p. 380. B, C: *κακῶν δὲ αἴτιον φάναι θεόν τινι γίγνεσθαι* (quaemadmodum id facit Homerus l. c.) *ἀγαθὸν ὄντα, διαμαχετέον παντὶ τρόπῳ μήτε τινὰ λέγειν ταῦτα — μήτε τινὰ ἀκούειν — ὡς οὔθ' ὅσια ἂν λεγόμενα, εἰ λέγοιτο, οὔτε ξύμφορα ἡμῖν οὔτε ξύμφωνα αὐτὰ αὑτοῖς.* III. p. 391. D, E: *προσαναγκάζωμεν τοὺς ποιητὰς — μηδὲ ἡμῖν ἐπιχειρεῖν πείθειν τοὺς νέους, ὡς οἱ θεοὶ κακὰ γεννῶσι, καὶ ἥρωες ἀνθρώπων οὐδὲν βελτίους. ὅπερ γὰρ ἐν τοῖς πρόσθεν ἐλέγομεν, οὔθ' ὅσια ταῦτα οὔτ' ἀληθῆ.* Iam quum Homerum *ἀνοσίως ἁμαρτάνοντα* dicat, *οὔθ' ὅσια οὔτ' ἀληθῆ*, qualia exstant apud Homerum, non reverenter loquitur Socrates de Homero, nec simul dicere potest *Ὀκνῶ δέ γε δι' Ὅμηρον λέγειν, ὅτι οὐδ' ὅσιον* etc. Itaque delenda sunt verba *ἦν δ' ἐγώ*, quae etiam ideo suspecta sunt, quod in nonnullis codd., Lob. Vind. B, Vat. BM., non eodem loco, post *Ὀκνῶ δέ γε*, sed post *Ὅμηρον* leguntur, et omnino ita est corrigendum: — *τοιαῦτα. ὀκνῶ δέ γε δι' Ὅμηρον — πείθεσθαι. Καὶ αὖ* —. Socrates talia impia esse dixerat. Adimantus iniustum quidem esse concedit talia laudare; veretur autem propter Homeri auctoritatem dicere, impium quoque esse narrare talia aut credere. Verba autem Socratis *Καὶ αὖ, ὡς* etc. ita accedunt, ut post *αὖ* ex Adimanti verbis cogitatione repetendum sit *οὐχ ὅσιον φάναι οὐδὲ ἄλλων λεγόντων πείθεσθαι.* Et recte cum his cohaerent etiam subsequentia C, ubi Socrates pergit: *Μὴ τοίνυν μηδὲ τάδε πειθώμεθα μηδ' ἐῶμεν λέγειν, ὡς Θησεὺς* —. Ita Socrates non dicit, quod dicere ei non licet, et recte procedunt omnia. Contra perversa sunt omnia, si verba *Ὀκνῶ — πείθεσθαι* Socratis esse putantur. Tunc enim hic non solum dicit sibi omnino non dicenda, sed etiam in hac ipsa disputationis parte ita versatur, ut non licet. Ad *καὶ αὖ* enim sic nihil cogitari potest, nisi *ὀκνῶ δι' Ὅμηρον λέγειν, ὅτι οὐχ ὅσιον φάναι καὶ ἄλλων λεγόντων πείθεσθαι,* et verba *Μὴ πειθώμεθα μηδ' ἐῶμεν λέγειν* non minus ad antecedentia, quibuscum vocabulo *τοίνυν* iuncta sunt, quam ad sequentia pertinent. Atqui si tantopere reveretur poëtae auctoritatem, qui provocare potest ille cum tanta vi ad ei non auscultandum?

LIB. III. p. 399. A, B, C.

Οὐκ οἶδα, ἔφην ἐγώ, τὰς ἁρμονίας, ἀλλὰ κατάλειπε ἐκείνην τὴν ἁρμονίαν, ἣ ἔν τε πολεμικῇ πράξει ὄντος ἀνδρείου

καὶ ἐν πάσῃ βιαίῳ ἐργασίᾳ πρεπόντως ἂν μιμήσαιτο φθόγγους τε καὶ προσῳδίας, καὶ ἀποτυχόντος, ἢ εἰς τραύματα ἢ εἰς θανάτους ἰόντος ἢ εἴς τινα ἄλλην ξυμφορὰν πεσόντος, ἐν πᾶσι τούτοις παρατεταγμένως καὶ καρτερούντως ἀμυνομένου τὴν τύχην· καὶ ἄλλην αὖ ἐν εἰρηνικῇ τε καὶ μὴ βιαίῳ, ἀλλ' ἐν ἑκουσίῳ πράξει ὄντος, ἤ τινά τι πείθοντός τε καὶ δεομένου, ἢ εὐχῇ θεὸν ἢ διδαχῇ καὶ νουθετήσει ἄνθρωπον, ἢ τοὐναντίον ἄλλῳ δεομένῳ ἢ διδάσκοντι ἢ μεταπείθοντι ἑαυτὸν ὑπέχοντα *καὶ ἐκ τούτων πράξαντα κατὰ νοῦν καὶ μὴ ὑπερηφάνως ἔχοντα, ἀλλὰ σωφρόνως τε καὶ μετρίως ἐν πᾶσι τούτοις πράττοντά τε καὶ τὰ ἀποβαίνοντα ἀγαπῶντα·* ταύτας δύο ἁρμονίας, *βίαιον, ἑκούσιον, δυστυχούντων, εὐτυχούντων, σωφρόνων, ἀνδρείων αἵτινες φθόγγους μιμήσονται κάλλιστα, ταύτας λεῖπε.*

Vulgatum *ὑπέχοντα* repertum est tantum in uno Ven. B., qui multis in locis correctoris manum expertus est. Mon. B. Flor. U. et inter versus Vat. B. *παρέχοντα.* Caeteri omnes *ἐπέχοντα;* quod cur servari non possit, ego non video, si *ἑαυτὸν* ex *διδάσκοντι ἢ μεταπείθοντι* pendere statuatur. Schneiderus: „primum," inquit, „ambiguum fit, utrum sibimet ipsi, an attendenti ille persuadeat, et sententia hoc flagitante verba alterum magis ostendunt; deinde sequentibus non satis convenit; nam docentem et meliora suadentem quamvis attente audiens, nisi paruerit seque ei dederit, non obtinebit, ut res ex voto procedant." Quod ad ambiguitatem attinet, ex sententiae ratione nemini non potest manifestum esse, illum non sibi persuadere, sed animum advertenti; non minus, quam *ἑαυτὸν* et *ἑαυτοῦ* non pertinere ad spectantem, sed ad solem VII. p. 516. B: *Τελευταῖον δή, οἶμαι, τὸν ἥλιον οὐκ ἐν ὕδασιν οὐδ' ἐν ἀλλοτρίᾳ ἕδρᾳ φαντάσματα αὐτοῦ, ἀλλ' αὐτὸν καθ' αὑτὸν ἐν τῇ αὑτοῦ χώρᾳ δύναιτ' ἂν κατιδεῖν καὶ θεάσασθαι, οἷός ἐστιν.* Neque non recte dicas Latine docenti aut corrigenti se attente auscultantem ita, ut se pendeat ex docenti et corrigenti, pertineat ad auscultantem. Quod autem ad alteram attinet dubitationem, a Schneidero prolatam, haec mihi prorsus nihili videtur, quum ex ipsis verbis *ἐκ τούτων πράξαντα κατὰ νοῦν* satis intelligatur, ita illum animum monitoribus attendisse, ut obediret monitionibus. Itaque servandum videtur *ἐπέχοντα,* quod eo minus a librariis nasci potuit, quo minus *ὑπέχοντα* quemquam potuit offendere.

ταύτας δύο ἁρμονίας, βίαιον, ἑκούσιον. Pro *βίαιον, ἑκούσιον* Astius coniecit *βιαίων, ἑκουσίων,* quo nihil iuvari videtur locus. Schneiderus et Stallbaumius cum Schleier-

machero βίαιον, ἑκούσιον referunt ad ἁρμονίας. Sed quaeritur etiam, num recte se habeat ταύτας δύο ἁρμονίας, quum, si scriptor tam certa ratione illas definiverit, ut dicere potuerit: has duas harmonias, violentam, voluntariam, non recte subiici videatur: quaecunque — pulcherrime imitabuntur, tamquam ille iam de minus certis loquatur. Hanc difficultatem sic evitarunt Astius et Schleiermacherus, ut pro αἵτινες ponerent quae, welche. Sed αἵτινες non est αἵ. Ficinus inseruit copulam, quae in Graecis non est: et omnino quaecunque. Tum etiam codices in scribendo hoc loco discrepant. Mon. B. enim non post δύο habet ἁρμονίας, sed post ἀνδρείων; item Flor. ACRTUV., siquidem fides habenda est Stallbaumio, qui idem praedicavit de Par. ADK. Ven. C. Amb. C. Ang. B. Vat. H., licet hi septem, ut Vind. DEF., utrobique ostendant ἁρμονίας. Alterum ἁρμονίας manifesto pro glossemate habendum est, ad explicandum ταύτας, quod est ante λίπε, in margine posito et post in ordine ab librariis ibi collocato, ubi ineptum est, quum φθόγγους non sic nude dici possit, sed cum δυστυχούντων, εὐτυχούντων, σωφρόνων, ἀνδρείων construi debeat; ut sane mirum videatur, Stallbaumium codicum auctoritate, quam errore sibi finxit, induci potuisse, ut prius ἁρμονίας deleret, alterum reciperet. Ficinus et ipse hoc glossema expressit, sed corrigens librariorum stupiditatem: has omnes suscipe harmonias. Vix autem ista explicatio cuiquam necessaria videri poterat, si paullo ante scriptum fuisset ταύτας δύο ἁρμονίας, quoniam sic per se satis superque manifestum erat, ad ταύτας pertinere ἁρμονίας. Videtur igitur, quum praesertim unus codex, qui alias non solet omittere verba, saepius addit, et fortasse Stallbaumii omnes id non habeant, prius quoque ἁρμονίας ex glossemate ortum esse. Quo deleto pro ταύτας δύο secundum Vind. E. scribendum arbitror ταῦτα δύο. Hac ratione iam omnia videntur recte procedere. Exempli gratia duo harmoniarum genera, quae relinquenda sint, accuratius descripsit Socrates, et universe repetit: quaecunque haec duo, violentum, voluntarium, infortunatorum, fortunatorum, temperantium, fortium voces pulcherrime imitabuntur, has relinque. Ita βίαιον, ἑκούσιον, pertinens ad ταῦτα δύο, propria ratione usurpatur; per epexegesin ad illud accedit δυστυχούντων, εὐτυχούντων, σωφρόνων, ἀνδρείων φθόγγους. Ad αἵτινες autem nullo negotio intelligitur ἁρμονίαι ex antecedentibus. Qui librarii permoveri potuerint ad mutandum ταῦτα δύο in ταύτας δύο, cui deinde additum est ἁρμονίας, facile intelligitur. Videbant

illi a Socrate duas harmonias descriptas, quas hic quoque significari opinabantur, non animadvertentes, simul violenti ac voluntarii descriptionem in antecedentibus latere.

LIB. III. p. 407. A, B.

Postquam expositum est, architectum quidem aliturum non esse morbum, quoniam opus habeat, quod nisi faciat, non conducat ei vivere, ita pergit scriptor: Ὁ δὲ δὴ πλούσιος, ὥς φαμεν, οὐδὲν ἔχει τοιοῦτον ἔργον προκείμενον, οὗ ἀναγκαζομένῳ ἀπέχεσθαι ἀβίωτον. Οὔκουν δὴ λέγεταί γε. Φωκυλίδου γάρ, ἦν δ' ἐγώ, οὐκ ἀκούεις, πῶς φησὶ δεῖν, ὅταν τῳ ἤδη βίος ᾖ, ἀρετὴν ἀσκεῖν. Οἶμαι δέ γ', ἔφη, καὶ πρότερον. Μηδέν, εἶπον, περὶ τούτου αὐτῷ μαχώμεθα, ἀλλ' ἡμᾶς αὐτοὺς διδάξωμεν, πότερον μελετητέον τοῦτο τῷ πλουσίῳ καὶ ἀβίωτον τῷ μὴ μελετῶντι, ἢ νοσοτροφία τεκτονικῇ μὲν καὶ ταῖς ἄλλαις τέχναις ἐμπόδιον τῇ προσέξει τοῦ νοῦ, τὸ δὲ Φωκυλίδου παρακέλευμα οὐδὲν ἐμποδίζει. Ναὶ μὰ τὸν Δία, ἦ δ' ὅς, σχεδόν γέ τι πάντων μάλιστα, ἥ γε περαιτέρω γυμναστικῆς, ἡ περιττὴ αὕτη ἐπιμέλεια τοῦ σώματος.

Verba Φωκυλίδου — ἀσκεῖν melius per interrogationem videntur efferri, quoniam non probaturus id, quod dixit Glauco, ea addit Socrates, sed correcturus. Neque improbat Schneiderus Aldinae ἀσκεῖν;

ἢ νοσοτροφία primus recepit Bekkerus ex Mon. B. Par. DK. Unus Vind. F. η νοσοτροφία. Caeteri codd. omnes et edd. ante Bekkerum ἡ νοσοτροφία. Variae fuerunt virorum doctorum de constituendo et explicando hoc loco opiniones, quas ita percensuit Schneiderus, ut acta nobis agere videremur, si denuo illas expenderemus, excepta Schneideri ipsius, a quo Stallbaumius ita tantum dissentit, ut post ἐμποδίζει interrogationis signum ponat, et interpretis Francogallici coniectura, quam probaret Schneiderus, si εἰ in codicibus esset: πότερον, εἰ μελετητέον — μελετῶντι, ἡ νοσοτροφία etc. Sed concessit iam Socrates Phocylidi, diviti virtutem exercendam esse, ut non intelligatur, quare rursus ista conditio ponatur. Saltem sic scribendum erat εἴ γε. Tum autem Sokrates nihil interrogat neque tamquam alicuius opinionem pronuntiat, morborum nutritionem Phocylidis praeceptum non impedire, ut Glauco illam oppugnans tam vehementer respondere possit. Certe non optime ista mutatione locus expediretur; neque arrisit illa Schleiermachero. Schneiderus secundum suam emen-

dationem ita vertit: videamus, utrum agendum hoc diviti neque sine ea cura vitalis vita sit; an morborum nutritio fabrili quidem et ceteris artibus impedimentum afferat intentionis animi, Phocylidis autem praeceptum non impediat. „hoc est,“ inquit, „utrum colenda virtus diviti ita sit, ut huic uni curae impendere vitam debeat, an coniungi cum ea liceat alteram, morbosi corporis curam.“ Eodemque fere modo explicat etiam Stallbaumius. Sed nihil tale inter se commune habent illa: diviti virtutem colendam esse, et: morborum nutritionem fabrili quidem et caeteris artibus impedimentum afferre intentionis animi, Phocylidis autem praecptum non impedire, ut inter se opponi queant. Nam fieri potest, ut diviti virtus colenda sit, et simul potest fieri, ut morborum nutritio artibus et virtuti colendae officiat. Ideoque etiam adiecta explicatio nihil commune habet cum Platonis verbis, in quibus neque hoc dictum est, virtutem solam diviti colendam esse, neque illud proponitur, num virtutem una cum morborum nutritione exercere *liceat*, quoniam enunciati membra oculis tantum vocabulis *πότερον* et *ἤ*, sed nullo interno vinculo inter se cohaerent. Porro *μελετητέον τοῦτο* referri non potest ad *ἀρετὴν ἀσκεῖν*. Nam credibile non est, Socratem ita locuturum fuisse: Ne de hac re, (num virtus diviti exercenda sit,) cum eo pugnemus, id est, Virtutem diviti exercendam esse illi concedamus, ipsi autem videamus, num virtus diviti exercenda sit. Neque instituitur quaestio, num virtus diviti exercenda sit; sed haec sola, num morborum nutritio illi sit curanda. Itaque redeundum est ad rationem editorum ante Bekkerum, qui *τοῦτο* referunt ad morborum nutritionem. Sed neminem crediturum esse censet Schneiderus cum Schleiermachero, diviti, qui certe possit sanus fingi, morbosi corporis curam ita a natura iniunctam esse, ut, si eam omittat, vitam miseram agat. Quod recte eum censere arbitror, ut delenda sint verba *καὶ ἀβίωτον τῷ μὴ μελετῶντι* secundum Lob. Vind. BD. Vat. BM. Mon. B., quae nasci potuerunt ab aliquo explicatore, qui, *τοῦτο* ad *ἀρετὴν ἀσκεῖν* referens, rationem addendam esse putaverit, cur virtus colenda sit; cuius amplificationis occasionem praebebant etiam antegressa *οὐ ἀναγκαζομένῳ ἀπέχεσθαι ἀβίωτον*. Ab eodem fortasse correctore profectum erat etiam paullo post, C, *Εἰκός γ', ἔφη,* quod Schneiderus et Stallbaumius recte, ut videtur, omiserunt secundum hos eosdem nonnullosque alios libros mss. Iam vero sic locus est constituendus: *μαχώμεθα. ἀλλ' ἡμᾶς αὐτοὺς διδάξωμεν,*

πότερον μελετητέον τοῦτο τῷ πλουσίῳ, ἢ νοσοτροφία. τεκτονικῇ μεν (sc. ἡ νοσοτροφία) καὶ — ἐμποδίζει; Ita Socrates Phocylidi concedit, diviti virtutem esse colendam, quam rem non amplius sibi persequendam putat; ipse autem amicis suis quaerendum proponit, num morborum nutritio curanda sit diviti, quam quaestionem instituit interrogatione: τεκτονικῇ — ἐμποδίζει; cui nihil accommodatius esse potest Glauconis responso. Post τεκτονικῇ μὲν omnes editores praeter Stallbaumium et Schneiderum, fortius illi post νοσοτροφία interpungentes, addiderunt γάρ, quod codices tamen plerique omittunt. Et facile eo caremus, quum alibi quoque in quaestione instituenda haec coniunctio interdum omittatur; velut Gorg. p. 510. B: Σκόπει δὴ καὶ τόδε, ἐάν σοι δοκῶ εὖ λέγειν. φίλος μοι δοκεῖ ἕκαστος ἑκάστῳ εἶναι ὡς οἷόν τε μάλιστα — ὁ ὅμοιος τῷ ὁμοίῳ. Nec magis eo quisquam offendi potest, quod post πότερον non sequitur ἤ. IV. p. 439. C: Πότερον δὴ φῶμέν τινας ἔστιν ὅτε διψῶντας οὐκ ἐθέλειν πιεῖν; Legg. I. p. 626. C, p. 640. C, IX. p. 859. A. Menon. p. 92. E. Ion. p. 531. A. Gorg. p. 501. D. Quos locos indicavi, quod Knebelium ad Ionis locum commemoratum dicere video, πότερον contra linguae usum in simplici interrogatione usurpari.

LIB. IV. p. 429 sq.

Vidd. annott. ad II. p. 368. D.

LIB. IV. p. 432. D, E.

Vidd. annott. ad IX. p. 584. E, p. 585. A.

LIB. IV. p. 436. D, E.

εἰ γάρ τις λέγοι ἄνθρωπον ἑστηκότα, κινοῦντα δὲ τὰς χεῖράς τε καὶ τὴν κεφαλήν, ὅτι ὁ αὐτὸς ἕστηκέ τε καὶ κινεῖται ἅμα, οὐκ ἄν, οἶμαι, ἀξιοῖμεν οὕτω λέγειν δεῖν, ἀλλ' ὅτι τὸ μέν τι αὐτοῦ ἕστηκε, τὸ δὲ κινεῖται. οὐχ οὕτω; Οὕτω. Οὐκοῦν καὶ εἰ ἔτι μᾶλλον χαριεντίζοιτο ὁ ταῦτα λέγων, κομψευόμενος, ὡς οἵ γε στρόβιλοι ὅλοι ἑστᾶσί τε ἅμα καὶ κινοῦνται, ὅταν ἐν τῷ αὐτῷ πήξαντες τὸ κέντρον περιφέρωνται, ἢ καὶ ἄλλο τι κύκλῳ περιὸν ἐν τῇ αὐτῇ

ἕδρᾳ τοῦτο δρᾷ, οὐκ ἂν ἀποδεχοίμεθα, ὡς οὐ κατὰ ταὐτὰ ἑαυτῶν τὰ τοιαῦτα τότε μενόντων τε καὶ φερομένων, ἀλλὰ φαῖμεν ἂν ἔχειν αὐτὰ εὐθύ τε καὶ περιφερὲς ἐν αὐτοῖς, καὶ κατὰ μὲν τὸ εὐθὺ ἑστάναι, οὐδαμῇ γὰρ ἀποκλίνειν, κατὰ δὲ τὸ περιφερὲς κύκλῳ κινεῖσθαι· ὅταν δε τὴν εὐθυωρίαν ἢ εἰς δεξιὰν ἢ εἰς ἀριστερὰν ἢ εἰς τὸ πρόσθεν ἢ εἰς τὸ ὄπισθεν ἐγκλίνῃ ἅμα περιφερόμενον, τότε οὐδαμῇ ἔστιν ἑστάναι.

τὰ τοιαῦτα Stallbaumius, quum certe *τῶν τοιούτων* scribendum fuerit, cum Astio delenda coniicit. Etiam Schneiderus se non videre fatetur, quomodo genitivus *μενόντων* explicari possit, nisi partitivus omisso verbo *ἐστί* putandus sit, „cui similis," inquit, „sed addito articulo facilius ferendus exstat Alcib. I. p. 104. C. in verbis *προσθήσω δὲ καί, ὅτι τῶν πλουσίων*. Tamen et Thucydides III. 70. omisit articulum: *ἐτύγχανε γὰρ καὶ βουλῆς ὤν*, et grammaticos eius absentiam in talibus dictionibus tolerabilem existimasse ex eo colligitur, quod de imperativo *τυπτόντων* commenti sunt, quem supplendo *ἔστωσαν* explicabant." Deleri quidem non licere arbitror *τὰ τοιαῦτα*, quum non videam, qui, nisi positum fuerit ab ipso scriptore, tantopere id desiderari potuerit a correctoribus, ut omnes libros occuparet; sed mirum mihi videtur hic de genitivo partitivo cogitare, quasi *κατὰ ταὐτὰ ἑαυτῶν μένοντα τε καὶ φερόμενα*, quae sibi ipsis repugnant, aliquod rerum genus sint. Usitate dicitur *ὡς τὰ τοιαῦτα μένοντα*, item usitate *ὡς τῶν τοιούτων μενόντων*. Atqui saepissime ex duobus loquendi modis unus conflatus est. Quid igitur obstat, quominus hic idem factum esse statuamus? V. p. 459. A: *σφόδρα ἡμῖν δεῖ ἄκρων εἶναι τῶν ἀρχόντων*, quod confusum est ex *σφόδρα ἡμῖν δεῖ ἄκρων ἀρχόντων* et ex *σφόδρα ἡμῖν δεῖ ἄκρους εἶναι τοὺς ἄρχοντας*. Hermann. ad Viger. p. 899. ed. IV. Matth. Gramm. p. 1302 sqq. Menon. p. 86. D. serie inter se iuncti sunt duo loquendi modi: *πότερον ὡς διδακτῷ ὄντι αὐτῷ* (i. e. *τῇ ἀρετῇ*) *δεῖ ἐπιχειρεῖν, ἢ ὡς τίνι ποτὲ τρόπῳ παραγιγνομένης τοῖς ἀνθρώποις τῆς ἀρετῆς*.

Ante *εἰς δεξιὰν* Par. A. Vind. E. Vat. H. ostendunt *καί*, quod tacite damnant editores. Sed unde hic orta sit ista particula, nisi posita fuerit ab ipso Platone? Quare servandum mihi videtur *καὶ* simulque trahendum ad *εἰς ἀριστεράν*, ad *εἰς τὸ πρόσθεν* et ad *εἰς τὸ ὄπισθεν*. Similiter statim post, p. 437. A: *Οὐδὲν ἄρα ἡμᾶς τῶν τοιούτων λεγόμενον ἐκπλήξει οὐδὲ μᾶλλόν τι πείσει, ὥς ποτέ τι ἂν τὸ αὐτὸ ὂν ἅμα κατὰ τὸ αὐτὸ πρὸς τὸ αὐτὸ τἀναντία πάθοι ἢ καὶ*

εἴη ἢ καὶ ποιήσειν. Neque abundat καί, sed indicat aliquam dubitationem de ea re, ad quam pertinet. Omisso eo sententia est: aut ad dexteram aut ad sinistram aut in anticam aut in posticam partem, ut alia inclinatio non cogitetur; addito quatuor illae inclinationes tantum exempli gratia indicatae sunt, ut etiam aliae cogitari possint, velut quae est in eam partem, quae media est inter dexteram et anticam. Itaque etiam posito demum καὶ scriptor prorsus id dicit, quod dicere par est. Cf. Hermann. ad Viger. p. 834 sq. ed. IV. Saepe peccarunt librarii in omittendo καί, quum aut prorsus non intelligerent aut certe supervacaneum putarent, ut scholiasta, qui ad Alcibiad. I. init., ubi legitur οὐ σὺ τὴν δύναμιν καὶ ὕστερον πεύσει, haec profert: Παραπληρωματικός ἐστιν ὁ καί σύνδεσμος, ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ (Il. β. 827)· ᾧ καὶ τόξον Ἀπόλλων αὐτὸς ἔδωκεν In his exemplis καὶ est etiam, pertinens ad totum enuntiatum.

Sequendum igitur arbitror Parisinum A. etiam IV. p. 443. E: οὕτω δὴ πράττειν ἤδη, ἐάν τι πράττῃ, ἢ περὶ χρημάτων κτῆσιν ἢ περὶ σώματος θεραπείαν ἢ καὶ πολιτικόν τι ἢ καὶ περὶ τὰ ἴδια ξυμβόλαια, ἐν πᾶσι τούτοις —. Vulgo et codd. praeter Par. A. ἢ περὶ τὰ ἴδια. Praemitti facile potuit in his καί, necessarium videri, ut coniectura insereretur, non ita facile.

Nec video, quare spernenda sit optimorum librorum auctoritas IV. p. 441. D. in hisce: Καὶ ᾧ δὴ ἀνδρεῖος (ἦν) ἰδιώτης καὶ ὥς, τούτῳ καὶ πόλιν καὶ ἀνδρείαν (εἶναι ἀναγκαῖόν ἐστιν) καὶ οὕτω, qua re fortis erat vir privatus et quomodo (sc. fortis erat illa re), ea re civitatem quoque et fortem esse et eodem modo (sc. fortem esse) necesse est. Vulgo pro καὶ ἀνδρείαν, quod est in Par. A. Ven. C. Vat. H. Flor. ACV., legitur ἀνδρείαν. Fortasse viri docti καὶ omiserunt ob antecedentia. Sed horum paullo alia est ratio: Οὐκοῦν ἐκεῖνό γε ἤδη ἀναγκαῖον, ὥς πόλις ἦν σοφὴ καὶ ᾧ, οὕτω καὶ τὸν ἰδιώτην καὶ τούτῳ σοφὸν εἶναι; ubi non potuit scribi καὶ σοφόν. Neque opus erat, ut in tali re sibi constaret scriptor.

Porro καὶ inserendum est secundum Par. A. I. p. 339. B: ἐπειδὴ γάρ ξυμφέρον γέ τι εἶναι καὶ ἐγὼ ὁμολογῶ τὸ δίκαιον, σὺ δὲ προστίθης καὶ αὐτὸ φῂς εἶναι τὸ τοῦ κρείττονος, ἐγὼ δὲ ἀγνοῶ, σκεπτέον δή. Σκόπει, ἔφη. Ταῦτ' ἔσται, ἦν δ' ἐγώ. καί μοι εἰπέ· οὐ καὶ πείθεσθαι μέντοι τοῖς ἄρχουσι καὶ δίκαιον φῂς εἶναι; Ἔγωγε. Vulgo ἄρχουσι δίκαιον. Omisisse videntur viri docti καὶ ante δίκαιον, quod οὐ καὶ antecedit. Sed hoc pertinet ad φῂς vel

potius ad totum enuntiatum, alterum *καὶ* ad *δίκαιον*, quemadmodum usitate loquuntur Graeci. Gorg. p. 511. B: *Οὐκοῦν τοῦτο δὴ καὶ τὸ ἀγανακτητόν;* Theaet. p. 166. D: *αὐτὸν τοῦτον καὶ λέγω σοφὸν*, quod Heindorfius vertit: Hunc ipsum vel maxime dico sapientem. Qua eadem ratione, quum Thrasymachus *τὸ τοῦ κρείττονος ἀγαθὸν* iustum esse dixisset, Politiae quoque locum interpretari licet: Nonne etiam magistratibus quidem obedire vel maxime iustum esse censes? Intendit igitur hic *καί* vim eius verbi, cui praeponitur.

LIB. IV. p. 440. B.

Οὐκοῦν καὶ ἄλλοθι, ἔφην, πολλαχοῦ αἰσθανόμεθα, ὅταν βιάζωνταί τινα παρὰ τὸν λογισμὸν ἐπιθυμίαι, λοιδοροῦντά τε αὑτὸν καὶ θυμούμενον τῷ βιαζομένῳ ἐν αὑτῷ, καὶ ὥσπερ δυοῖν στασιαζόντοιν ξύμμαχον τῷ λόγῳ γιγνόμενον τὸν θυμὸν τοῦ τοιούτου; ταῖς δ᾽ ἐπιθυμίαις αὐτὸν κοινωνήσαντα αἱροῦντος λόγου μὴ δεῖν ἀντιπράττειν, οἶμαί σε οὐκ ἂν φάναι γενομένου ποτὲ ἐν σεαυτῷ τοῦ τοιούτου αἰσθέσθαι, οἶμαι δ᾽ οὐδ᾽ ἐν ἄλλῳ.

μὴ δεῖν ἀντιπράττειν. Sic Schneiderus secundum plerosque omnes et optimos codices. Alii aliter hic mutant. Sed quaeritur de sententia, quam Schneiderus hac ratione investigat: „*ἀντιπράττειν* tenendum et ad singularem aliquam actionem referendum est, quam ratio suscipere eaque in re sibi repugnare prohibeat, quasi dictum sit: *μὴ δεῖν τι πράττειν καὶ τοῦτο δρῶντα ἀντιπράττειν*. Sensum — Ficinus omnino bene declaravit: ratione autem imperante non esse sibi contradicendum, iram cupiditatibus coniunctam obsistere illi, arbitror te nunquam vel in te ipso vel in alio tale persensisse.“ Quae non intelligo: ratio semper vetat sibi contradici, neque id potest ad singularem aliquam actionem referri; et qui inde, quod ratio sibi repugnari vetat, sequitur, iram cupiditatibus coniunctam illi non obsistere? Omnis removetur difficultas, si *ἀντιπράττειν* referimus ad *ταῖς ἐπιθυμίαις:* quum praeter rationem cogunt aliquem cupiditates, ille semet obiurgat et irascitur ei sui parti, quae ipsum cogit, et, tamquam duobus inter sedissidentibus, iracundia socia fit rationi eiusmodi hominis; quum vero cupiditatibus factam (iis) sociam ratio docet non oportere iracundiam repugnare, (veluti quum quis

sitit vel esurit,) nihil tale accidit, id est, si quis vetante ratione se a cupiditatibus abripi passus est, ira concitur in cupiditates, sin concedente ratione illis obtemperat, (veluti quum quis sitim aut famem depellit) non exsistit ira. Dativus ταῖς ἐπιθυμίαις pendet et ex κοινωνήσαντα et ex ἀντιπράττειν, quemadmodum tam Graeci quam Latini usitate loquuntur, ommittentes fere pronomen, quod Germani addere solent: den Begierden nicht zu widerstreben, Gemeinschaft mit ihnen machend. V. p. 470. C: Ἕλληνας μὲν ἄρα βαρβάροις καὶ βαρβάρους Ἕλλησι πολεμεῖν μαχομένους τε φήσομεν καὶ πολεμίους φύσει εἶναι, καὶ πόλεμον τὴν ἔχθραν ταύτην κλητέον. Graecos igitur cum barbaris barbarosque cum Graecis et, si alteri cum alteris pugnent, bellare dicemus et hostes esse natura, et bellum dissidium hocce appellandum. Alii loci vidd. ap. Matthiaeum Gramm. p. 1306.

σεαυτῷ. Sic edd. omnes et codd. Par. A. Vind. E. Ven. B. Flor. U. σαυτῷ Mon. B. αὑτῷ, praeposito inter versus super vacuo spatio σε, Vat. B. Reliqui ἑαυτῷ, quod verum videtur, a correctore profectum σεαυτῷ, quod, si verum esset, certe consulto neminem mutaturum fuisse probabile est. Paullo post, C, non tantum optimos, sed etiam plerosque codices occupavit ζητεῖ pro vero ζεῖ, quod fortasse insolens visum est librariis.

LIB. IV. p. 440. C.

sic interpungendum arbitror: *Τί δέ; ἦν δ' ἐγώ· ὅταν τις οἴηται ἀδικεῖν, οὐχ ὅσῳ ἂν γενναιότερος ᾖ, τοσούτῳ ἧττον δύναται ὀργίζεσθαι καὶ πεινῶν καὶ ῥιγῶν καὶ ἄλλο ὁτιοῦν τῶν τοιούτων πάσχων ὑπ' ἐκείνου, ὃν ἂν οἴηται δικαίως ταῦτα δρᾷν; καὶ, ὃ λεγω, οὐκ ἐθέλει πρὸς τοῦτον αὐτοῦ ἐγείρεσθαι ὁ θυμός. Ἀληθῆ, ἔφη.*

Vulgo *δρᾷν, — θυμός;* Sed verba *οὐκ ἐθέλει πρὸς τοῦτον αὐτοῦ ἐγείρεσθαι ὁ θυμός* tamquam interrogatio pronuntiata potius affirmant id, quod negare debent. Proposita interrogatione *ὅταν — δρᾷν;* cuius sententia non possit non probari, Socrates, non exspectans Glauconis *Πάνυ γε* vel simile quid, ad orationem affirmativam transit, summam eius, quod interrogendo copiosius exposuit, breviter repetens.

Eadem ratione explicanda videntur sequentia

ubi Socrates pergit: *Τί δέ; ὅταν ἀδικεῖσθαί τις ἡγῆται, οὐκ ἐν τούτῳ ζεῖ τε καὶ χαλεπαίνει καὶ ξυμμαχεῖ τῷ δοκοῦντι δικαίῳ; καὶ διὰ τὸ πεινῆν καὶ διὰ τὸ ῥιγοῦν καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα πάσχειν ὑπομένων νικᾷ καὶ οὐ λήγει τῶν γενναίων, πρὶν ἂν ἢ διαπράξηται ἢ τελευτήσῃ ἤ, ὥσπερ κύων ὑπὸ νομέως, ὑπὸ τοῦ λόγου τοῦ παρ' αὐτῷ ἀνακληθεὶς πραϋνθῇ. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, ἔοικε τούτῳ, ᾧ λέγεις.*

Hic contra, atque ante, copiosius et accuratius exponit Socrates affirmativa oratione, quod brevius pronuntiavit interrogando. Vulgo haec aliter interpungunt. Ald. Bas. ab. punctum habent post *δικαίῳ;* Stephanus hic quidem, ut nos, interrogationis signum posuit; Stallbaumius comma; Bekkerus, Astius, Schneiderus nullam interpunctionem. Post *πραϋνθῇ* omnes ponunt interrogationis signum. Pro *ὑπομένων νικᾷ*, quod est in Par. K. Mon. B. Flor. U., Ven. B. et omnes edd. praeter Stallbaumianam habent *καὶ ὑπομένων νικᾷ*, caeteri codices *ὑπομένων καὶ νικᾷ;* quae ipsa discrepantia suspectum reddit *καὶ*, quo eiecto et vera restituta interpunctione omnis evanescit difficultas: Quid autem? quum quis iniuriam se pati arbitratur, nonne tum in hoc (iracundia) et fervet et saevit et ei, quod iustum videtur, pugnando auxiliatur? et propter famem et propter frigus omniaque eius generis, quae patitur, fortiter perdurat (ille) nec desistit a generoso conatu prius, quam aut pervicerit aut mortem obierit aut, tamquam canis a postore, a ratione sua appellatus placatus sit. *καὶ* inseruisse videntur, quum ob pravam interpunctionem non intelligerent locum, alii *ὑπομένων* ad *ζεῖ τε καὶ χαλεπαίνει καὶ ξυμμαχεῖ* trahentes, alii recte quidem ad *νικᾷ*, sed perperam coniungentes *καὶ διὰ τὸ πεινῆν καὶ διὰ τὸ ῥιγοῦν καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα πάσχειν* cum antecedentibus, quemadmodum etiam Schneiderus cum Bekkero. Neque esurit iracundia (*ὁ θυμός*) neque friget neque alia eius generis pati potest; et si *καὶ διὰ τὸ πεινῆν — πάσχειν* ad antecedentia trahatur, non possit non *ὁ θυμός* cogitari ad *καὶ ὑπομένων νικᾷ* et sequentia, quod tamen ineptum esset, quum hic neque mortem obire possit, neque rationem apud se habeat. Stallbaumius Mon. B. et Flor. U. secutus edidit: *δικαίῳ, καὶ διὰ τοῦ πεινῆν καὶ διὰ τοῦ ῥιγοῦν, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα πάσχων, ὑπομένων νικᾷ, καὶ οὐ* etc., quod et idonea auctoritate caret, et eodem, quod

modo exposuimus, incommodo laborat, neque aptum est omnino, ut Schneiderus ostendit; esti similiter Ficinus: Quid autem? quando iniuriam se pati quis putat, nonne tunc satagat et saevit et auxilium praestat ei, quod iustum videtur, famem, frigus et cetera talia tolerans? et ad victoriam contendit —. Astius et Benedictus olim scribendum putarunt *ὑπομένειν νικᾷ.* Post Astius coniecit *καὶ ὑπομένει νικᾶν καὶ οὐ* etc. Recte explicat Schneiderus *ὑπομένων νικᾷ:* „*νικᾷ* non de victoria obsistendo reportata, sed de perseverantia obsistentis, qui in repugnandi et sustinendi consilio usque perstat et a proposito demoveri nequit, intelligendum est.“

LIB. IV. p. 441. D.

Vidd. annott. ad IV. p. 436. D, E.

LIB. IV. p. 443. E.

Vidd. annott. ad IV. p. 436. D, E.

LIB. IV. p. 444. B.

μετὰ γὰρ τοῦτο σκεπτέον, οἶμαι, ἀδικίαν. Δῆλον, ὅτι. Οὐκοῦν στάσιν τινὰ αὖ τριῶν ὄντων τούτων (i. e. *τοῦ λογιστικοῦ καὶ τοῦ θυμοειδοῦς καὶ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ*) *δεῖ αὐτὴν εἶναι καὶ πολυπραγμοσύνην καὶ ἀλλοτριοπραγμοσύνην καὶ ἐπανάστασιν μέρους τινὸς τῷ ὅλῳ τῆς ψυχῆς, ἵν' ἄρχῃ ἐν αὐτῇ, οὐ προσῆκον, ἀλλὰ τοιούτου ὄντος φύσει, οἵου πρέπειν αὐτῷ δουλεύειν τῷ τοῦ ἀρχικοῦ γένους ὄντι; τοιαῦτ' ἄττα, οἶμαι, φήσομεν καὶ τὴν τούτων ταραχὴν καὶ πλάνην εἶναι τήν τε ἀδικίαν καὶ ἀκολασίαν καὶ δειλίαν καὶ συλλήβδην πᾶσαν κακίαν. Ταὐτὰ μὲν οὖν ταῦτα, ἔφη.*

δουλεύειν τῷ τοῦ ἀρχικοῦ γένους ὄντι. Ita edd. omnes et codd. Lob. Vind. BD. Vat. BM. Ven. B. Ang. B. Flor. C (T?) R. et Stobaei codd. BN. ed. Gesn., quae tamen *τὸ* pro *τῷ* offert. Pro *τῷ τοῦ* Par. ADK. Ven. C. Vind. F. Vat. H. Flor. ACV. et Stobaeus Trincavell. *τοῦ δ' αὖ δουλεύειν,* Flor. U. *τῷ δ', αὖ δουλεύειν,* Vind. E. *τῷ δ' αὖ μὴ δουλεύειν,* Stob. cod. A. *χικοῦ τοῦ δ' οὖν δουλεύειν.* Pro *δουλεύειν τῷ τοῦ* Mon. B. *δουλεύειν.* (e corr.:) *τῷ δ' αὖ δου-*

λεύειν cum linea sub altero δουλεύειν ante corr. Pro ὄντι Món. B. Flor. U. ὄντε, Stob. cod. A. ed. Trincav. ὄντος. Itaque non immerito suspicatur Schneiderus, aliud quid hic a Platone scriptum fuisse, quam quod vulgo legitur. Videntur librariorum oculi ab altero δουλεύειν ad alterum aberrasse, ut sic exciderint nonnulla, quibus receptis hac ratione scribendum arbitror: οἵου (sc. ὄντος) πρέπειν αὐτῷ δουλεύειν, τοῦ δ' οὐ δουλεύειν ἀρχικοῦ γένους ὄντος; — insurrectionem partis alicuius contra totum animi, ut regnet in eo, quum non oporteat, sed talis sit natura, qualis si sit, servire eam deceat, non servire autem imperatorio generi conveniat? id est, si τὸ θυμοειδὲς aut τὸ ἐπιθυμητικὸν regnare velint in animo, quum haec servire deceat, non servire τὸ λογιστικόν. ὄντος pertinet ad τοῦ οὐ δουλεύειν; ἀρχικοῦ γένους pendet ex ὄντος. οὐ δουλεύειν coniunctim cogitandum est, tamquam una notio; idque paene idem est, quod ἄρχειν, quemadmodum οὔ φάναι est negare, οὐκ ἐᾶν vetare. Cf. Frid. Frankius de Particulis negant. l. Graec. I. p. 8 sqq. Quod ipsum nescientes librarii induci potuerunt ad mutandum. Videtur autem ideo scriptor non ἄρχειν vel simile verbum posuisse, sed οὐ δουλεύειν, ut δουλεύειν et οὐ δουλεύειν inter se opponerentur. Incidere possit etiam aliquis in opinionem, scribendum esse τοῦ δ' αὖ μὴ δουλεύειν, quod tamen minus aptum esset. Quid Ficinus legerit, ego non satis assequor, quum vertit: et insolentem partis cuiusdam praevaricationem adversus totam animam rebellantis, insurgentisque ad imperandum regio animi generi, cui servire eam natura iubet.

LIB. V. p. 451. A.

Socrates p. 450. B, C. invitatus ad exponendum, quae in nova civitate custodibus futura sit communio liberorum et mulierum educationisque parvulorum, variis prolatis dubitationibus, cur rem lubricam aggredi nolit, postremum addit: μὴ σφαλεὶς τῆς ἀληθείας οὐ μόνον αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ τοὺς φίλους ξυνεπισπασάμενος κείσομαι περὶ ἃ ἥκιστα δεῖ σφάλλεσθαι. προσκυνῶ δὲ Ἀδράστειαν, ὦ Γλαύκων, χάριν οὗ μέλλω λέγειν. ἐλπίζω γὰρ οὖν ἔλαττον ἁμάρτημα ἀκουσίως τινὸς φονέα γενέσθαι, ἢ ἀπατεῶνα καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν καὶ δικαίων νομίμων πέρι. τοῦτο οὖν τὸ κινδύνευμα κινδυνεύειν ἐν ἐχθροῖς κρεῖττον, ἢ φίλοις· ὥστε εὖ με παραμυθεῖ.

δικαίων νομίμων. Ita Schneiderus cum Par. ADK. Vind. F. Mon. B. Ven. C. Vat. H. Ang. B. Idem legit Ficinus: qui circa constitutiones de honestis et bonis iustisque fallit. Vind. BD. *νομίμων καὶ δικαίων*. Caeteri codd. et edd. *δικαίων καὶ νομίμων*, quod per se quidem praestare concedit Schneiderus, sed quum saepe *νόμιμα* substantivi loco sit et adiectiva recipiat neque sententia repugnet, se codicum auctoritatem secutum esse, veram tamen scripturam hanc sibi videri: *ἀπατεῶνα καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν καὶ νομίμων πέρι*, ex glossemate accessisse *δικαίων*. Sed si *νομίμων* pro substantivo accipiamus, *καλῶν* et *ἀγαθῶν* et *δικαίων* pro adiectivis, quaenam sint instituta illa pulchra et bona et iusta, de quibus loqui possit Socrates et auditores decipere? an quae exspectantur? Non potuit ille tam vehementer reformidare illud, ne auditorum exspectationem falleret; potuit, ne in condendis legibus ipsum iustum et bonum et pulchrum violaret. Nec quidquam iuvant, quae Schneiderus scribit: „Quum sermonis, in quem ingredi Socrates dubitat, argumentum ad *institutum* quoddam in civitatem recipiendum spectet, caussam dubitationis hanc dicere potuit, quod gravissime peccare putet, quicunque de pulchris, bonis et iustis institutis falsa doceat, hoc est, pro pulchris venditet, quae turpia sint, pro bonis mala, pro iustis iniusta commendet.“ Aliud est, de pulchris, bonis et iustis *institutis falsa docere*, aliud, pro pulchris *venditare turpia*, pro bonis mala, pro iustis iniusta commendare. Ad glossema autem statuendum non sufficiunt indicia, neque expuncto *δικαίων* iuvatur sententia, quum potius *νομίμων* superfluum videatur. Nam recte tamquam varia genera enumerantur pulchra et bona et iusta, quibus accedere non possunt tamquam aliud genus legitima, quum omnia illa non possint non esse legitima. Neque enim ille hic significare potest ea, quae alicubi legitima habentur, licet rationi repugnent, sed quae ex ipsa ratione deducantur. Quare neque coniecturam quidem Schneideri neque vulgatam scripturam probare possum; sed verum puto illud, quod est in optimis codicibus, idque hac ratione interpretandum esse: fraudatorem de pulchrorum et bonorum iustorumque legitimus, ut consentiamus cum Ficino, licet Schneiderus eum haud dubie falsum in hac re esse dicat. Qui, ut Socrates, nova instituta creaturus est, ei simul legibus definiendum est, quae pulchra sint et bona et iusta, cavendumque, ne semet et alios fallat; id quod ille metuit, ne legitima constituat, quae per rationem esse non possint. Nihil dubitationis, opinor, produxisset locus, si scriptor pro simplici geni-

tivo περί cum illo casu posuisset, ut VI. p. 484. D: τὰ ἐνθάδε νόμιμα καλῶν τε πέρι καὶ δικαίων καὶ ἀγαθῶν τίθεσθαί τε, ἐὰν δέῃ τίθεσθαι, καὶ τὰ κείμενα φυλάττοντες σώζειν; et VII. p. 520. C: τἀληθῆ ἑωρακέναι καλῶν τε καὶ δικαίων καὶ ἀγαθῶν πέρι. Sed quominus id faceret, obstabat νομίμων πέρι, ubi praepositio necessaria erat.

Pro εὖ Astius, Bekkerus, Stallbaumius οὐκ εὖ receperunt ex Mon. B. Flor. U. Addendam esse negationem censuerat etiam Cornarius, expressit Schleiermacherus. Stephanus aut οὐκ ponendum esse putabat, aut ut ironice dicta haec accipienda esse. Ficinus vertit: quare melius, o Glauco, me consolare. Schneiderus denique ostendit, ironice haec dicta esse non posse, sed ita locum expediendum esse putat: „voci ac pronuntiationi aliquid tribuendum est, qua ubi querula et ad lamentantis modum leviter inflexa usum Socratem finxeris, non minus haec ferenda et probanda intelliges, quam Germanica du giebst mir also einen schönen Trost! Simul nonnihil ridiculi accedere et Glauconem non temere risisse senties.“ Hoc postremum pertinet ad sequentia: Καὶ ὁ Γλαύκων γελάσας —. Accuratius autem sic vertendum erat: schön also munterst du mich auf! quod mihi non videtur non ironice dictum. Neque opus est statuere, querule et lamentanter Socratem locutum esse, quum ipsa eius dubitatio prolata talis esset, ut Glauconis risum movere posset. Ego non video, quidni omnibus artificiis et mutationibus valedicentes per interrogationem proferamus: ὥστε εὖ με παραμυθεῖ; munterst du also mit Recht mich auf? Aristides Or. pro Quatuorviris p. 452 init.: ὥστε πῶς ἐκείνους ἀπολύει τῆς αἰτίας; Si quis dubitet, num sic recte accedant sequentia Καὶ ὁ Γλαύκων etc., similem pono locum ex VI. p. 487. A: τελειωθεῖσι τοῖς τοιούτοις παιδείᾳ τε καὶ ἡλικίᾳ ἆρα οὐ μόνοις ἂν τὴν πόλιν ἐπιτρέποις; Καὶ ὁ Ἀδείμαντος· Ὦ Σώκρατες, ἔφη —.

LIB. V. p. 452. D, E.

οὐ πολὺς χρόνος, ἐξ οὗ τοῖς Ἕλλησιν ἐδόκει αἰσχρὰ εἶναι καὶ γελοῖα ἅπερ νῦν τοῖς πολλοῖς τῶν βαρβάρων, γυμνοὺς ἄνδρας ὁρᾶσθαι. καὶ ὅτε ἤρχοντο τῶν γυμνασίων πρῶτοι μὲν Κρῆτες, ἔπειτα Λακεδαιμόνιοι, ἐξῆν τοῖς τότε ἀστείοις πάντα ταῦτα κωμῳδεῖν. ἢ οὐκ οἴει; Ἔγωγε. Ἀλλ' ἐπειδή, οἶμαι, χρωμένοις ἄμεινον τὸ ἀποδύεσθαι τοῦ συγκαλύπτειν πάντα τὰ τοιαῦτα ἐφάνη, καὶ τὸ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς

δὴ γελοῖον ἐξεῤῥύη ὑπὸ τοῦ ἐν τοῖς λόγοις μηνυθέντος ἀρίστου, καὶ τοῦτο ἐνεδείξατο, ὅτι μάταιος ὃς γελοῖον ἄλλο τι ἡγεῖται, ἢ τὸ κακὸν, καὶ ὁ γελωτοποιεῖν ἐπιχειρῶν πρὸς ἄλλην τινὰ ὄψιν ἀποβλέπων ὡς γελοίου, ἢ τὴν τοῦ ἄφρονός τε καὶ κακοῦ, ἢ σπουδάζει πρὸς ἄλλον τινὰ σκοπὸν στησάμενος, ἢ τὸν τοῦ ἀγαθοῦ. Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη.

ἢ σπουδάζει valde suspectum est. Edidit id Bekkerus, de Par. A. nihil significans, ut ex eius silentio colligendum sit, eum optimi codicis scripturam secutum esse. Sed ex caeteris codicibus ne unus quidem habet ἢ, quod Lob. Vind. B. Vat. BM. Ven. B. et edd. ante Stephanum, qui ex coniectura posuit ἢ σπουδάζειν pro vulgato σπουδάζει, omittunt, cuiusque loco Ven. C. Vind. DEF. Par. DK. Ang. B. Vat. H. Flor. ACRTV. et Stobaeus habent καὶ καλοῦ αὖ, Mon. B. Flor. U. καὶ οὐ καλοῦ αὖ. In sec. ed. Stallbaumius indicat, in Flor. ACRTV. pro ἢ esse καὶ κακοῦ καὶ καλοῦ αὖ, in Flor. U. καὶ κακοῦ καὶ οὐ καλοῦ αὖ, quod eodem redit, quum καὶ κακοῦ facile perperam bis scribi potuerit. Ut igitur credamus, vere id in Par A. exstare, tamen vel sic ἢ suspectum est. Certe credibile mihi non videtur, quod scribit Schneiderus: „oblitterata particula ἢ deesse aliquid apparebat, quod ex sequentibus supplendum visum, quum ipsum supplementum ad superiora relatum mancum esse intelligeretur, novo ab aliis glossemate auctum est." Id quidem patet, οὐ a correctore insertum esse; quominus autem καὶ καλοῦ αὖ quoque a correctore profectum esse credamus, id impedit, quod non apparet ratio, cur hoc potissimum librarii ita desideraverint, ut id paene omnes libros occupaverit. Contra, si καὶ καλοῦ αὖ pro vero habeamus, facile apparet, qui id ob antecedens κακοῦ a nonnullis temere praetermitti, eoque omisso ad sententiam iuvandam particula, ut a Stephano, addi potuerit. Fortasse etiam in aliquo libro tantum καὶ καλοῦ praetermissum erat, ut ἢ ex relicto αὖ, quod sententiam turbaret, factum sit. Certum autem est illud, firmius a codicibus stare καὶ καλοῦ αὖ; quam ἢ; neque id non legit Ficinus, licet pro καὶ posuerit aut: aliam quampiam sibi proponens derisionis causam, quam quod insipidum atque malum; aut honestum quicquam et studio dignum existimat, alio respiciens quam ad bonum. Sententiae vero rationem habentibus nobis multo praestare videtur καὶ καλοῦ αὖ, quod editores ne examine quidem dignum esse putabant. Posito enim ἢ sententia haec est: ineptus est, qui aliud quid ridiculum putat, quam malum, et qui risum moturus ad aliam speciem tamquam ridiculi spectat, quam ad hanc

insipientis et mali, aut qui properat ad alium finem sibi propositum, quam hunc boni. Quod postremum non apparet cur additum sit, quum secundum antecedentia tantum de eo hic sermo esse posse videatur, quid decorum aut indecorum sit, non de eo, utrum bonum an malum finem aliquis persequi debeat. Quae incommoditas removetur posito *καὶ καλοῦ αὖ*: **ineptus est, qui aliud quid ridiculum putat, quam malum, et risum moturus ad aliam speciem spectans tamquam ridiculi, quam hanc insipientis et mali, et rursus qui tamquam pulchri ad alium properat finem sibi propositum, quam hunc boni.** Quae sententia et aptissima et luculentissima videtur. Non multo post, p. 457. B: *κάλλιστα γὰρ δὴ τοῦτο καὶ λέγεται καὶ λελέξεται, ὅτι τὸ μὲν ὠφέλιμον καλὸν, τὸ δὲ βλαβερὸν αἰσχρόν.* Enuntiatum *μάταιος ὃς — τοῦ ἀγαθοῦ* dirimitur in duo membra, quorum alterum est *καὶ καλοῦ αὖ σπουδάζει* etc., ubi ex priore membro ante *καλοῦ* cogitatione repetendum est *ὡς*, ante *σπουδάζει* pronomen *ὃς*, quod prorsus de more fit; et *καλοῦ* pendet ex *ἄλλον τινὰ σκοπὸν*, ut *γελοίου* ex *ἄλλην τινὰ ὄψιν*. Prius autem enuntiati membrum in duas discedit partes, quarum posterior quasi per epexegesin ad priorem accedit. Itaque semel tantum facta est eaque lenissima structurae mutatio in altero membro; ut illa quoque sublata sit difficultas, quae recepto *ἢ*, quum sic in tria membra discederet oratio, in eo posita erat, quod scriptor ex altera in alteram constructionem transibat, et deinde non repetito *ὃς*, ex quo ipso vocabulo structura pendet, ad priorem redibat. — Schleiermacherus, ut Schneiderus, Bekkerum secutus est. Stallbaumius *καὶ αὖ σπουδάζει* edidit, quod mirandum videtur. Astius coniecit *καὶ γελωτοποιεῖν ἐπιχειρεῖ — ἢ σπουδάζει.*

LIB. V. p. 477. A.

Εἶεν· εἰ δὲ δή τι οὕτως ἔχει, ὡς εἶναί τε καὶ μὴ εἶναι, οὐ μεταξὺ ἂν κέοιτο τοῦ εἰλικρινῶς ὄντος καὶ τοῦ αὖ μηδαμῇ ὄντος; Μεταξύ. Οὐκοῦν ἐπὶ μὲν τῷ ὄντι γνῶσις ἦν, ἀγνωσία δ᾽ ἐξ ἀνάγκης ἐπὶ μὴ ὄντι, ἐπὶ τῷ μεταξὺ δὲ *τούτῳ μεταξύ τι καὶ ζητητέον ἀγνοίας τε καὶ ἐπιστήμης, εἴ τι τυγχάνει ὂν τοιοῦτον; Πάνυ μὲν οὖν.*

τῷ μεταξὺ δὲ. Sic edd. omnes praeter Stallbaumianam et codd. Ven. B. Flor. T. Ante *τῷ μεταξὺ* ponunt *δὲ* Ang. B. Flor. R. et per additamentum a m. pr. Vind. F, *τῷ μεταξὺ ἄρα* habent Vind BD. Caeteri codd. nudum *τῷ μεταξὺ*

offerunt; idemque legit Ficinus, quum interpretatur: circa id, quod est, cognitio ipsa versatur; ignoratio ex necessitate circa id, quod non est. circa medium istorum medium quoddam investigandum scientiam inter et ignorantiam, si quid huiusmodi reperitur. Quocirca maxime suspectum est *δὲ*, quo omisso Stallbaumius edidit *Οὐκοῦν εἰ ἐπὶ μὲν* ex Mon. B. Flor. U. Sed sufficit praestantissimorum librorum scriptura, ut *ἐπὶ μὲν τῷ ὄντι γνῶσις ἦν* idem valeat, quod *εἰ ἐπὶ μὲν* etc. Theaet. p. 193. A: *Σωκράτης ἐπιγιγνώσκει Θεόδωρον καὶ Θεαίτητον, ὁρᾷ δὲ μηδέτερον, μηδὲ ἄλλη αἴσθησις αὐτῷ πάρεστι περὶ αὐτῶν· οὐκ ἄν ποτε ἐν ἑαυτῷ δοξάσειεν, ὡς ὁ Θεαίτητός ἐστι Θεόδωρος.* Charmid. p. 176. B: *Εἶεν· ἀλλ', ἔφη ὁ Κριτίας, ὦ Χαρμίδη, δρᾷς τοῦτο· ἔμοιγε ἔσται τοῦτο τεκμήριον, ὅτι σωφρονεῖς.* Vulgo *εἰ δρᾷς*, quod secundum codd. correxit Winckelmannus Praefat. ad Plat. Euthyd. p. XII. Demosthenes Or. in Androt. p. 601. fin.: *ἔῤῥωσαι καὶ σαυτῷ πιστεύεις· ἄπαγε· ἐν χιλίαις δ' ὁ κίνδυνος. ἀσθενέστερος εἶ· τοῖς ἄρχουσιν ἐφηγοῦ· τοῦτο ποιήσουσιν ἐκεῖνοι. φοβῇ καὶ τοῦτο· γράφου. καταμέμφῃ σεαυτὸν καὶ πένης ὢν οὐκ ἂν ἔχοις χιλίας ἐκτίσαι· δικάζου κλοπῆς πρὸς διαιτητὴν, καὶ οὐ κινδυνεύσεις.* Frequenter sic Latini. Cicero Or. pro Rosc. Amer. 55: Innocens est quispiam: verumtamen, quamquam abest a culpa, suspicione tamen non caret. Horatius Epist. I. 1. 87 sq.: Lectus genialis in aula est: Nil ait esse prius, melius nil caelibe vita. Virgilius Aen. VI. 30 sq.: Tu quoque magnam Partem opere in tanto, sineret dolor, Icare, haberes. Neque aliter Germanice: Also, bezog sich Erkenntniss auf das Seiende, Unkenntniss aber nothwendig auf das Nichtseiende: ist auch für das zwischen beiden etwas zu suchen zwischen Unkenntniss und Erkenntniss, wenn es etwa ein solches gibt? Perspicuitas autem sententiae iuvanda est posito colo post *ἐπὶ μὴ ὄντι.*

LIB. VI. p. 493. B.

Ἕκαστος τῶν μισθαρνούντων ἰδιωτῶν, οὓς δὴ οὗτοι (i. e. *οἱ πολλοί*) *σοφιστὰς καλοῦσι καὶ ἀντιτέχνους ἡγοῦνται, μὴ ἄλλα παιδεύειν* (*δοξάτω σοι*), *ἢ ταῦτα τὰ τῶν πολλῶν δόγματα, ἃ δοξάζουσιν, ὅταν ἀθροισθῶσι, καὶ σοφίαν ταύτην καλεῖν, οἷόν περ ἂν εἰ θρέμματος μεγάλου καὶ ἰσχυροῦ*

τρεφομένου τὰς ὀργάς τις καὶ ἐπιθυμίας κατεμάνθανεν, ὅπη τε προσελθεῖν χρὴ καὶ ὅπη ἅψασθαι αὐτοῦ, καὶ ὁπότε χαλεπώτατον ἢ πρᾳότατον καὶ ἐκ τίνων γίγνεται, καὶ φωνὰς δὴ ἐφ' οἷς ἑκάστοτε εἴωθε φθέγγεσθαι, καὶ οἵας αὖ ἄλλου φθεγγομένου ἡμεροῦταί τε καὶ ἀγριαίνει.

ἐφ' οἷς ἑκάστοτε. Ita Schneiderus cum Vind E. Stallbaumius et Schleiermacherus cum Mon. B. Flor. U. *ἃς ἐφ' ἑκάστοις.* Stephanus fluctuabat inter *φωνὰς δὴ ἐφ' αἷς ἕκαστον εἴωθε θέλγεσθαι* et *φωνὰς ἃς ἐφ' ἑκάστοις ἕκαστον εἴωθε φθέγγεσθαι.* Astius coniecit *ἃς ἐφ' οἷς ἑκάστοτ' εἴωθε φθ.*, quod in sec. ed. etiam receperat. Sed libri omnes praeter paucos hosce commemoratos offerunt *ἐφ' οἷς ἕκαστος*, quod mihi dubium non videtur quin mutandum sit in *ἐφ' οἷς ἑκάστοις*: ob quae singula voces soleat emittere. X. p. 616. B: *ἐπειδὴ δὲ τοῖς ἐν τῷ λειμῶνι ἑκάστοις ἑπτὰ ἡμέραι γένοιντο, ἀναστάντας ἐντεῦθεν δεῖν τῇ ὀγδόῃ πορεύεσθαι.* Phaedon. p. 112. C: *εἰς τοὺς τόπους ἕκαστα ἀφικνούμενα, εἰς οὓς ἑκάστους ὁδοποιεῖται, θαλάττας τε καὶ λίμνας καὶ ποταμοὺς καὶ κρήνας ποιεῖ.* Ficinus vertit: voces item, quas in singulis quisque solet exprimere; quasi legerit *ἃς ἐφ' ἑκάστοις ἕκαστος*, quod non minus ineptum videtur, quam *ἐφ' οἷς ἕκαστος.* Si tamen quisque posuerit pro quibusque, non prorsus a vero aberravit.

LIB. VI. p. 499. B.

Τούτων τοι χάριν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ταῦτα προορώμενοι ἡμεῖς τότε καὶ δεδιότες ὅμως ἐλέγομεν ὑπὸ τἀληθοῦς ἠναγκασμένοι, ὅτι οὔτε πόλις οὔτε πολιτεία οὐδέ γ' ἀνὴρ ὁμοίως μή ποτε γένηται τέλεος, πρὶν ἂν τοῖς φιλοσόφοις τούτοις ὀλίγοις καὶ οὐ πονηροῖς, ἀχρήστοις δὲ νῦν κεκλημένοις ἀνάγκη τις ἐκ τύχης παραβάλῃ, εἴτε βούλονται εἴτε μή, πόλεως ἐπιμεληθῆναι καὶ τῇ πόλει κατήκοοι γενέσθαι, ἢ τῶν νῦν ἐν δυναστείαις ἢ βασιλείαις ὄντων υἱέσιν ἢ αὐτοῖς ἔκ τινος θείας ἐπιπνοίας ἀληθινῆς φιλοσοφίας ἀληθινὸς ἔρως ἐμπέσῃ.

κεκλημένοις. Lob. Vind. B. Vat. BM. Par. DK. Flor. U. *κεκληρωμένοις.* Idem habet Mon. B. cum punctis sub *ρω*, quod ille delendum putavit. Mirum videtur hoc *κεκληρωμένοις.* Temere enim talia nasci non admodum solent; et consulto id quemquam positurum fuisse pro *κεκλημένοις*, quod facillimum est intellectu et congruens cum antecedentibus, prorsus est incredibile. Fortasse igitur ex emendatione scri-

ptum est κεκλημένοις aut ob non intellectam veram scripturam aut ob antecedentia, in quibus p. 490. E. de praestantioribus philosophis, qui hic paucorum nomine significantur, haec leguntur: οὓς δὴ καὶ οὐ πονηρούς, ἀχρήστους δὲ καλοῦσι. Nihilo vero minus necessarium non videtur κεκλημένοις. Nam ipse Socrates concesserat, tales eos esse, quales illi dicunt, ut iam tamquam suam pronuntiare possit sententiam, quam primi protulerunt philosophiae vituperatores. Cf. p. 487. D, E. Quare nescio an pro vero habendum sit κεκληρωμένοις, idque ad sequentia trahendum, posita distinctione post νῦν, ut sententia haec sit: priusquam philosophis his paucis et non pravis, sed nullius utilitatis in praesenti rerum statu, sortitis necessitas quaedam a forte obiecta esset, vellent nollent, rempublicam curandi. Qui sortitur, ei fors obiicit, quod ei evenit. Itaque etiam non sine ratione hic posuerit scriptor ἀνάγκη παραβάλῃ, quum paullo post, C, dicat ἀνάγκη γέγονεν, ἐστὶν, γενήσεται, p. 500. D. ἀνάγκη γένηται. Ita sit autem, ut saepissime apud Platonem, oratio poëtico quodam colore tincta. Fortasse etiam scriptor hic alicuius poëtae verba respexit. Germanice dicas: bevor sie sich die Nothwendigkeit vom Geschick erloosen.

κατήκοοι. Ven. C. κατήκοι. Scholiasta: κατήκοοι, ἀντὶ τοῦ κατακουόμενοι. Ficinus: vel a civibus exaudiantur. Quam sententiam amplectens Schleiermacherus coniecit κατηκόῳ, probante Stallbaumio, qui simul conferri iubet p. 502. B: ἀλλὰ μὴν, ἦν δ' ἐγώ, εἷς ἱκανὸς γενόμενος, πόλιν ἔχων πειθομένην, πάντ' ἐπιτελέσαι τὰ νῦν ἀπιστούμενα. „At eo ipso loco," inquit Schneiderus, „civium obedientia tamquam res non solum facultate non magis, quam philosopha principis natura carens, sed etiam sua sponte et sine ulla vi secutura proponitur, ut vix videatur nostro loco tamquam necessitate aliqua fortuita exprimenda commemorari et ita curae civitatis a philosophis suscipiendae coniungi potuisse." Deinde demonstrare studet, recte de philosophis dici posse τῇ πόλει κατήκοοι γενέσθαι, et nominativum κατήκοοι, cuius loco κατηκόοις vel κατηκόους exspectari possit, interposito βούλονται excusat. Haec recte se habere facile concedimus; sed non sunt urgenda verba illa ἀνάγκη τις ἐκ τύχης παραβάλῃ. In antecedentibus ostenditur, male audire apud vulgus philosophos inutilesque esse, quod nemo iis uti velit. P. 487. D: — τοὺς μὲν πλείστους καὶ πάνυ ἀλλοκότους γιγνομένους, ἵνα μὴ παμπονήρους εἴπωμεν, τοὺς δὲ ἐπιεικεστάτους δοκοῦντας ὅμως τοῦτό γε ὑπὸ τοῦ ἐπιτη-

δεύματος, οὓ σὺ ἐπαινεῖς, πάσχοντας, ἀχρήστους ταῖς πόλεσι γιγνομένους. P. 489. B: τἀληθῆ λέγεις, ὡς ἄχρηστοι τοῖς πολλοῖς οἱ ἐπιεικέστατοι τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ· τῆς μέντοι ἀχρηστίας τοὺς μὴ χρωμένους κέλευε αἰτιᾶσθαι, ἀλλὰ μὴ τοὺς ἐπιεικεῖς. P. 494. A: Φιλόσοφον μὲν ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, πλῆθος ἀδύνατον εἶναι. Ἀδύνατον. Καὶ τοὺς φιλοσοφοῦντας ἄρα ἀνάγκη ψέγεσθαι ὑπ' αὐτῶν. Ἀνάγκη. Cf. p. 488. A — 489. A. et VII. p. 514. A — 517. B. Itaque non sufficit hoc unum ad mala avertenda, philosophos cogi ad gerendam rempublicam, sed efficiendum est etiam, ut vulgus mutata mente iis obediat. Quam duplicem conditionem positam videmus etiam statim post, C, D: Εἰ τοίνυν ἄκροις εἰς φιλοσοφίαν πόλεών τις ἀνάγκη ἐπιμεληθῆναι ἢ γέγονεν ἐν τῷ ἀπείρῳ τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ, ἢ καὶ νῦν ἐστιν ἔν τινι βαρβαρικῷ τόπῳ πόῤῥω που ἐκτὸς ὄντι τῆς ἡμετέρας ἐπόψεως, ἢ καὶ ἔπειτα γενήσεται, περὶ τούτου ἕτοιμοι τῷ λόγῳ διαμάχεσθαι, ὡς γέγονεν ἡ εἰρημένη πολιτεία καὶ ἔστι καὶ γενήσεταί γε, ὅταν αὕτη ἡ Μοῦσα (i. e. ἡ φιλοσοφία) π ό λ ε ω ς ἐ γ κ ρ α τ ὴ ς γ έ ν η τ α ι. Posterior conditio sola, quippe quae contineat alteram, ponitur p. 501. E: Ἔτι οὖν ἀγριανοῦσι (sc. philosophiae vituperatores) λεγόντων ἡμῶν, ὅτι πρὶν ἂν πόλεως τὸ φιλόσοφον γένος ἐγκρατὲς γένηται, οὔτε πόλει οὔτε πολίταις κακῶν παῦλα ἔσται, οὐδὲ ἡ πολιτεία, ἣν μυθολογοῦμεν λόγῳ, ἔργῳ τέλος λήψεται; Nihil igitur accommodatius esse potest ad sententiam, quam κατηκόῳ. Contra si verum sit κατήκοοι, non tantum necessaria conditio omittitur, sed etiam supervacaneum videtur additamentum καὶ τῇ πόλει κατήκοοι γενέσθαι, neque intelligitur, cur tantopere extollat scriptor nomen civitatis, ut non potius dixerit πόλεως ἐπιμεληθῆναι καὶ κατήκοοι αὐτῇ γενέσθαι. Facilior tamen, quam in κατηκόῳ, mihi videtur mutatio in κατήκοον, quod idem valet. Charmid. p. 173. B: Ἐκ δὴ τούτων οὕτως ἐχόντων ἄλλο ἂν ἡμῖν τι ξυμβαίνοι, ὑγιέσι τε τὰ σώματα εἶναι μᾶλλον, ἢ νῦν, καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ κινδυνεύοντας καὶ ἐν πολέμῳ σώζεσθαι. Cf. Matth. Gramm. p. 1054. Litterae ν et ι innumeris locis a librariis temere confusae sunt; hic vel de industria mutare potuerunt, si, non animadvertentes, τῇ πόλει pendere ex remotiore ἀνάγκῃ παραβάλῃ, ex adiecto κατήκοον illud suspensum esse opinati sint; quod non nimium videtur illis imputari.

LIB. VI. p. 507. E.

Ἐνούσης που ἐν ὄμμασιν ὄψεως καὶ ἐπιχειροῦντος τοῦ ἔχοντος χρῆσθαι αὐτῇ, παρούσης δὲ χρόας ἐν αὐτοῖς, ἐὰν μὴ παραγένηται γένος τρίτον ἰδίᾳ ἐπ' αὐτὸ τοῦτο πεφυκός, οἶσθα, ὅτι ἥ τε ὄψις οὐδὲν ὄψεται τά τε χρώματα ἔσται ἀόρατα. Τίνος δὴ λέγεις, ἔφη, τούτου; Ὃ δὴ σὺ καλεῖς, ἦν δ' ἐγώ, φῶς. Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις. Οὐ σμικρᾷ ἄρα ἰδέᾳ ἡ τοῦ ὁρᾷν αἴσθησις καὶ ἡ τοῦ ὁρᾶσθαι δύναμις τῶν ἄλλων ξυζεύξεων τιμιωτέρῳ ζυγῷ ἐζύγησαν, εἴπερ μὴ ἄτιμον τὸ φῶς.

σμικρᾷ ἄρα ἰδέᾳ edidit Schneiderus cum Bekkero, quem etiam Schleiermacherus secutus est, ex Par. A. paucisque aliis codicibus. Alii aliter. Schleiermacherus interpretatur: Also sind durch eine nicht geringe Sache der Sinn des Gesichts und das Vermögen des Gesehenwerdens mit einem köstlicheren Bande als die anderen solchen Verknüpfungen an einander gebunden. Mirabiliter Schneiderus: „Scilicet ut L. II. p. 373. E. *οὔ τι σμικρῷ, ἀλλ' ὅλῳ στρατοπέδῳ μείζων πόλις* civitas non paullo, sed integro exercitu auctior, ita hic *ζυγὸν οὐ σμικρᾷ ἰδέᾳ τιμιώτερον* vinculum non exiguo rerum genere excellentius dicitur, cuius praestantia tali genere nititur s. continetur per ipsumque efficitur. *ἰδέα* idem est, quod *γένος*, ut Polit. p. 289. B. *ἡ τοῦ νομίσματος ἰδέα*, neque dativus offensionem habere potest." Recte dicitur civitas integro exercitu auctior, ut civitas decem millibus hominum aucta, quoniam exercitus quantitatem continens pro mensura esse potest; lux autem, quae hic dicitur *οὐ σμικρὰ ἰδέα*, non potest esse mensura. An dicas: vinculum luce honoratius, quam caeterae coniugationes? Ipsa lux est illa, quae videndi sensum et potestatem, qua aliquid cernitur, copulat; haec igitur ipsa est vinculum, ut *τῶν ἄλλων ξυζεύξεων τιμιωτέρῳ ζυγῷ* per appositionem accedat ad *Οὐ σμικρᾷ ἰδέᾳ*. Itaque post *δύναμις* et post *ζυγῷ* distinguendum est, ut perspicua reddatur sententia. Non longe a vero aberat Ficinus, quum vertit. Profecto visibilis ipsius vis et videntis potentia iugo quodam aliarum omnium coniugationum maxime honorando iunctae sunt, non exigua quadam specie, si modo contemnendum non est lumen.

Non magis consentire possum cum Schneidero in explicando loco IX. p. 579. C, ad quem etiam provocat: *Οὐκοῦν τοῖς τοιούτοις κακοῖς πλείω καρποῦται ἀνήρ, ὃς ἂν*

κακῶς ἐν ἑαυτῷ πολιτευόμενος, ὃν νῦν δὴ σὺ ἀθλιώτατον ἔκρινας, τὸν τυραννικὸν, ὡς μὴ ἰδιώτης καταβιῷ, ἀλλ' ἀναγκασθῇ ὑπό τινος τύχης τυραννεῦσαι καὶ ἑαυτοῦ ὢν ἀκράτωρ ἄλλων ἐπιχειρήσῃ ἄρχειν· ὥσπερ εἴ τις κάμνοντι σώματι καὶ ἀκράτορι ἑαυτοῦ μὴ ἰδιωτεύων, ἀλλ' ἀγωνιζόμενος πρὸς ἄλλα σώματα καὶ μαχόμενος ἀναγκάζοιτο διάγειν τὸν βίον. Hic Stephanus et Astius coniecturis affectarunt verba *τοῖς τοιούτοις κακοῖς.* Schneiderus: „Dativi usus," inquit, „hic nihil differt ab eo, qui in dictionibus pervulgatis *τοσούτῳ πλείω, πολλῷ, ὀλίγῳ, ὅσῳ πλείω* obtinet;" quod verum esset, si legeremus *τοσούτοις κακοῖς*, tot malis. *Τοιούτῳ πλείω* non dicitur, neque potest dici, quoniam qualitas diversa est a quantitate. In antecedentibus monstratum est, qualia sint mala tyranni civitatis alicuius. Iam dicit Socrates, talibus malis, id est, per talia mala sive quoniam talia eius sint mala, tyrannum, qui vere sit, plura habere mala, quam hominem, cui, quamvis tyrannica natura praedito, privatam vitam degere liceat. Recte expressit sententiam Stallbaumius: Nonne per istiusmodi mala efficitur, ut plura etiam sentiat vir tyrannicus, qui quum in semet ipso male sit constitutus, tamen non privatam degat vitam, sed fortunae vi coactus sit tyranni partes agere, ac, licet sui ipse (ipsius) impotens sit, aliis imperare conetur? Eodem modo explicandum est etiam Thucyd. I. 36, ubi Corcyraei dicunt Atheniensibus: — *εἰ περιόψεσθε τὰ δύο ἐς ταὐτὸν ἐλθεῖν, καὶ Κορίνθιοι ἡμᾶς προκαταλήψονται, Κερκυραίοις τε καὶ Πελοποννησίοις ἅμα ναυμαχήσετε· δεξάμενοι δὲ ἡμᾶς ἕξετε πρὸς αὐτοὺς πλείοσι ναυσὶ ταῖς ἡμετέραις ἀγωνίζεσθαι.* receptis vero nobis pluribus per nostras navibus contra eos pugnare poteritis, id est, receptis vero nobis nostrae naves efficient, ut pluribus navibus contra eos pugnare possitis, quam quibus pugnare poteritis, nobis non receptis. Si Thucydides non *ταῖς ἡμετέραις*, sed pro eo numerum navium posuisset, tum ita intelligendus esset locus, ut Schneiderus eum intelligi vult.

LIB. VII. p. 517. A.

ἆρ' οὐ γέλωτ' ἂν παράσχοι, καὶ λέγοιτο ἂν περὶ αὐτοῦ, ὡς ἀναβὰς ἄνω διεφθαρμένος ἥκει τὰ ὄμματα, καὶ ὅτι οὐκ ἄξιον οὐδὲ πειρᾶσθαι ἄνω ἰέναι, καὶ τὸν ἐπιχειροῦντα

λύειν τε καὶ ἀνάγειν, εἴ πως ἐν ταῖς χερσὶ δύναιντο λαβεῖν καὶ ἀποκτείνειν, ἀποκτιννύναι ἄν; Σφόδρα γ', ἔφη.

ἀποκτείνειν. Edd. ante Bekkerum et Iamblich. ed. pr. ἀποκτιννύναι. Ven. B. ἀποκτιννύειν. Mon. C. Vind. BE. Vat. H. Flor. ACTV. ἀποκτενεῖν. Ficinus omittit hoc verbum interpretando: si deprehendatur, protinus occidendum. Quae scripturae varietas suspectum reddit ἀποκτείνειν, et melior evadit sententia, si scribimus λαβεῖν, καὶ ἀποκτιννύναι ἄν; si manibus comprehendere possint, vel interfecturos esse? Itaque delendum censeo ἀποκτείνειν, quod, sicut ἀποκτιννύειν et ἀποκτιννύναι, aut ob sequens ἀποκτιννύναι aut ob non intellectum καὶ aut ex glossemate ἀποκτενεῖν, quod adscriptum fuerit ad explicandum ἀποκτιννύναι ἄν ipsumque in ordinem migraverit, originem acceperit.

LIB. VII. p. 519. A.

ἢ οὔπω ἐννενόηκας τῶν λεγομένων πονηρῶν μέν, σοφῶν δέ, ὡς δριμὺ μὲν βλέπει τὸ ψυχάριον καὶ ὀξέως διορᾷ ταῦτα, ἐφ' ἃ τέτραπται, ὡς οὐ φαύλην ἔχον τὴν ὄψιν, κακίᾳ δ' ἠναγκασμένον ὑπηρετεῖν, ὥστε ὅσῳ ἂν ὀξύτερον βλέπῃ, τοσούτῳ πλείω κακὰ ἐργαζόμενον;

ὥστε omittit Stallbaumius cum Ang. B. Flor. RT. Astius pro eo coniecit καί. „Sed satius fuerit," inquit Schneiderus, „participium ἐργαζόμενον, pro quo iidem libri, qui ὥστε omittunt, cum Ven. B. ἐργάσεται, Ang. B. etiam praeposito variae lectionis indice ἄλλως, exhibent, vel verbi finiti potestate praeditum statuere, qua ratione usus est Bernhardy synt. p. 471. vel coniunctioni ὥστε ita subiunctum habere, ut si pro ea καὶ οὕτως seu καὶ διὰ τοῦτο dictum esset." Ficinus interpretatus est: atque iccirco, quo acutius inspicit, eo plura peragit mala. Eadem ratione Schleiermacherus: und daher, je schärfer es sieht, um desto mehr Böses thut. Mihi nihil simplicius neque certius videtur, quam post ἐργαζόμενον cogitatione repetendum esse βλέπειν ex βλέπῃ: an nondum animadvertisti, quam acriter eorum, qui improbi quidem, sed sapientes dicuntur, animulus cernat et acute perspiciat haec, ad quae conversus est, quippe non vilem habens aciem, sed pravitati servire coactus, ut, quo acutius, eo plura mala patrans cernat? Thucydides I. 35: ἀπὸ τῆς ὑμετέρας ἀρχῆς δύναμιν προσλαβεῖν περιόψεσθε, ἣν οὐ δίκαιον (sc. προσλαβεῖν περιορᾶν).

Οὐκοῦν, εἶπον, ὦ Γλαύκων, οὗτος ἤδη αὐτός ἐστιν ὁ νόμος, ὃν τὸ διαλέγεσθαι περαίνει; ὃν καὶ ὄντα νοητὸν μιμοῖτ' ἂν ἡ τῆς ὄψεως δύναμις, ἣν ἐλέγομεν πρὸς αὐτὰ ἤδη τὰ ζῶα ἐπιχειρεῖν ἀποβλέπειν καὶ πρὸς αὐτὰ ἄστρα τε καὶ τελευταῖον δὴ πρὸς αὐτὸν τὸν ἥλιον; οὕτω καὶ ὅταν τις τῷ διαλέγεσθαι ἐπιχειρῇ ἄνευ πασῶν τῶν αἰσθήσεων διὰ τοῦ λόγου ἐπ' αὐτὸ ὃ ἔστιν ἕκαστον ὁρμᾶν, καὶ μὴ ἀποστῇ, πρὶν ἂν αὐτὸ ὃ ἔστιν ἀγαθὸν αὐτῇ νοήσει λάβῃ, ἐπ' αὐτῷ γίγνεται τῷ τοῦ νοητοῦ τέλει, ὥσπερ ἐκεῖνος τότε ἐπὶ τῷ τοῦ ὁρατοῦ; Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη.

Loquitur de dialectica scriptor. *ὁρμᾶν*, **quod non est in codicibus, Schneiderus dedit cum Astio ex coniectura, accedente, ut dicit, Clementis Alexandrini auctoritate, qui ita Stromatt. V. p. 690:** *δυνατὸν δὲ κἂν τῷ διαλέγεσθαι τὸ καταμαντεύεσθαι τοῦ θεοῦ, ἐὰν ἐπιχειρῇ τις ἄνευ πασῶν τῶν αἰσθήσεων διὰ τοῦ λόγου ἐπ' αὐτὸ ὃ ἔστιν ἕκαστον ὁρμᾶν καὶ μὴ ἀποστατεῖν τῶν ὄντων, πρὶν ἐπαναβαίνων ἐπὶ τὰ ὑπερκείμενα αὐτῷ ὃ ἔστιν ἀγαθὸν αὐτῇ νοήσει λάβῃ ἐπ' αὐτῷ γινόμενος τῷ τοῦ νοητοῦ τέλει κατὰ Πλάτωνα.* **Apparet, Clementem non ipsissima Platonis verba posuisse, ut non possit concludi ex illis, eum legisse** *ὁρμᾶν*, **cuius loco libri omnes habent** *ὁρμᾷ*. **Longius a codicum auctoritate recesserunt alii, Stephanus scribendo** *ὁρμᾷ, καὶ ἐὰν μὴ*, **Schleiermacherus et Stallbaumius legendo** *ὁρμᾷ, καὶ ἣν μή*, **quod repertum est tantum in Vind. B. et Mon. C. Unus Aug. B. habet** *ὁρμᾷ, καὶ εἰ μή*. **Similiter Ficinus: ad ipsum, quod est, quodlibet nititur: qui si non destiterit prius. Mihi plerorumque librorum scriptura sufficere videtur, modo ne cum Bekkero tantum post** *ἐπιχειρῇ*, **sed etiam post** *ὁρμᾷ* **distinctionem ponamus. Ita tres exsistunt protases,** *ὅταν — ἐπιχειρῇ. ὅταν — ὁρμᾷ, ὅταν μὴ ἀποστῇ — λάβῃ*, **quarum communis apodosis est** *ἐπ' αὐτῷ — ὁρατοῦ*. **Altera autem protasis ad primam accedit per epexegesin, in qua usitate omittitur copula. I. p. 337. E:** *ἵνα Σωκράτης τὸ εἰωθὸς διαπράξηται, αὐτὸς μὲν μὴ ἀποκρίνηται, ἄλλου δ' ἀποκρινομένου λαμβάνῃ λόγον καὶ ἐλέγχῃ.* **I. p. 351. A:** *Εἰ μέν, ἔφη, ὡς σὺ ἄρτι ἔλεγες, ἔχει, ἡ δικαιοσύνη σοφία, μετὰ δικαιοσύνης· εἰ δ' ὡς ἐγὼ ἔλεγον, μετὰ ἀδικίας.* **ubi merito defendit Schneiderus optimorum librorum scripturam** *ἔχει*, **ut** *ἡ δικαιοσύνη* **(sc.** *ἐστὶ***)** *σοφία* **per epexegesin accedat ad antecedentia, laudans Legg. IV. p. 708. B:** *οὐ τοίνυν εὔκολος ὁμοίως γίγνοιτ' ἂν ὁ*

κατοικισμὸς ταῖς πόλεσιν, ὅταν μὴ τὸν τῶν ἑσμῶν γίγνηται τρόπον, ἓν γένος ἀπὸ μιᾶς ἰὸν χώρας οἰκίζηται. Itaque sententia haec est: quum quis ad disserendum se confert, id est, remotis sensibus omnibus per rationem et orationem ad ipsum quod est unumquodque contendit, neque desistit (a disserendo), priusquam ipsum quod est bonum ipsa intelligentia comprehenderit, ad ipsum pervenit intelligibilis finem. quo mihi nihil aptius videtur dici posse. Argutatur Schneiderus, quum commate post ἐπιχειρῇ posito vix fieri posse dicit, quin ὁρμᾷ indicativus et in apodosi esse videatur. Sed puto, et eum et alios aliter iudicaturos fuisse, si, uti debebat, etiam post ὁρμᾷ distinctio posita fuisset a Bekkero.

ὃ ἔστιν — ὃ ἔστιν. Editi ante Bekkerum et ex maiore parte Schneideri codices ὅ ἐστιν — ὅ ἐστιν. Non video, quo iure scribatur ὃ ἔστιν, quum ἐστὶν hic simplex copula sit. Ictus enim non cadit in ἐστίν, sed in αὐτὸ ὅ, quum non hoc investigandum sit, num exstet illud an non exstet, sed quale id sit per se. Idem valet in Clementem Alexandrinum.

LIB. VIII. p. 544. C.

εἰσὶ γὰρ ἃς λέγω (πολιτείας), αἵπερ καὶ ὀνόματα ἔχουσιν, ἥ τε ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐπαινουμένη, ἡ Κρητική τε καὶ Λακωνικὴ αὕτη, καὶ δευτέρα καὶ δευτέρως ἐπαινουμένη, καλουμένη δ' ὀλιγαρχία, συχνῶν γέμουσα κακῶν πολιτεία, ἥ τε ταύτῃ διάφορος καὶ ἐφεξῆς γιγνομένη δημοκρατία, καὶ ἡ γενναία δὴ τυραννὶς καὶ πασῶν τούτων διαφέρουσα, τέταρτόν τε καὶ ἔσχατον πόλεως νόσημα.

διαφέρουσα. Ita vulgo et codd. Ven. B. Vind. E. Ang. B. Flor. R. Stobaeus et Ficinus, vertens: ab his omnibus differens. Par. ADK. Lob. Vind. BF. Mon. B. Vat. BHM. Ven. C. Flor. ACTUV. διαφεύγουσα. Errori occasionem dedisse putat Schneiderus pronuntiationem non dissimilem. Id potuit fieri. Sed facilius videtur mutari potuisse διαφεύγουσα in διαφέρουσα ob antecedens διάφορος, quod, ut Ficinus, perperam accipiebant pro differens, quum sit adversaria. Nam oligarchiam et democratiam, quae iuxta alias reipublicae formas tamquam diversa genera enumerantur, inter se differre, id per se intelligitur et inepte etiam diceretur. Nec vero magis apte dici videtur tyrannis a caeteris formis differre, quod et ipsum per se intelligitur. Hanc igitur ob causam et quod διαφέρουσα in paucis tantum iisque deterio-

ribus codd. exstat, praeferendum videtur *διαφεύγουσα*, modo id aliqua ratione explicari possit. Quod sane fieri non posse videtur, servata in caeteris vulgata scriptura. Sed pro *καὶ πασῶν* in Mon. B. Flor. U. est *ἐκ πασῶν*, in Par. A. Vind. BE. Vat. H. Flor. ACTV. *καὶ ἡ πασῶν*, quo mutato in *κἀκ πασῶν* haec exsistit sententia: ingenua tyrannis et ex omnibus his percursis emergens, quae optima videtur. Non enim nascitur tyrannis, nisi antegressis caeteris reipublicae formis, quas illa et percurrere dici potest et ex iis fugiendo vel currendo emergere. Germanice: die durch alle diese sich herausflüchtende Tyrannei. Itaque praepositio *διά* non minus pertinet ad *πασῶν τούτων*, quam ad *φεύγουσα*. Cf. Hom. Il. IV. 465. Quod autem ad mutationem in *κἀκ* ex *καὶ ἡ* attinet, notum est, librarios saepius crases solvisse et *κ* et *η* paene eodem calami ductu scripta esse, ut haec saepissime confusa sint. Vid. Bastius ad Gregor. Cor. p. 112. ed. Schaef. Quodsi librarius invenerit aliquid, quod specie nihil differret a *κἄη*, nihil facilius erat, quam pro eo ponere *καὶ ἡ*. Quae tamen si nihilo minus non arrideant, saltem *διαφέρουσα* non, ut vulgo fit, differens interpretandum est, sed antecellens (sc. pravitate). Matth. Gramm. p. 672.

LIB. VIII. p. 551. C.

Reprehendens Socrates oligarchiam, quod in ea magistratus non secundum animi facultates creentur, sed ex opum multitudine, ita pergit: *ἄθρει γάρ, εἰ νεῶν οὕτω τις ποιοῖτο κυβερνήτας ἀπὸ τιμημάτων, τῷ δὲ πένητι, εἰ καὶ κυβερνητικώτερος εἴη, μὴ ἐπιτρέποι. Πονηράν, ἦ δ' ὅς, τὴν ναυτιλίαν αὐτοὺς ναυτίλλεσθαι. Οὐκοῦν καὶ περὶ ἄλλου οὕτως ὁτουοῦν ἤ τινος ἀρχῆς; Οἶμαι ἔγωγε. Πλὴν πόλεως; ἦν δ' ἐγώ, ἢ καὶ πόλεως πέρι; Πολύ γ', ἔφη, μάλιστα, ὅσῳ χαλεπωτάτη καὶ μεγίστη ἡ ἀρχή.*

ἤ τινος, quae inepte intrusa sint, Stallbaumius uncis inclusit. Ficinus ita contraxit locum: An non eodem pacto in quovis alio principatu? Astius et Schleiermacherus coniecerunt *οὕτως ἡστινοσοῦν ὁτουοῦν ἀρχῆς*. Schneiderus: „Equidem," inquit, „dubito, an *τινος* ita ferri possit, si pro neutro et *ὁτουοῦν* pro masculino accipiatur atque ex hoc particulae *οὖν* significatio ad illud redundare statuatur, hoc sensu: nonne idem de alius cuiusvis hominis vel rei gubernatione statuendum?" Nullum est tamen indicium, unde colligas, alterum esse masculinum, alterum neutrum.

Mihi vix dubium videtur, quin Plato haec ita cogitaverit, ac si scripsisset ἢ ἡστινοσοῦν ἄλλης ἀρχῆς: **Gilt dies nun nicht auch von einem jeden andern Gegenstande oder einer (jeden andern) Herrschaft?** Quodsi libuisset ei etiam τινός, quod solum ex antecedentibus repetit, omittere, nulla exstitisset difficultas. ἢ ἀρχῆς explicandi causa adiectum est. Dicitur enim Platoni ἀρχή non tantum vera gubernatio, sed quaevis ars.

LIB. VIII. p. 551. D.

Continuatur sermo: *Ἓν μὲν δὴ τοῦτο τοσοῦτον ὀλιγαρχία ἂν ἔχοι ἁμάρτημα. Φαίνεται. Τί δέ; τόδε ἆρά τι τούτου ἔλαττον; Τὸ ποῖον; Τὸ μὴ μίαν, ἀλλὰ δύο ἀνάγκῃ εἶναι τὴν τοιαύτην πόλιν, τὴν μὲν πενήτων, τὴν δὲ πλουσίων, οἰκοῦντας ἐν τῷ αὐτῷ ἀεὶ ἐπιβουλεύοντας ἀλλήλοις. Οὐδὲν μὰ Δί', ἔφη, ἔλαττον. Ἀλλὰ μὴν τόδε καλὸν, τὸ ἀδυνάτους εἶναι ἴσως πόλεμόν τινα πολεμεῖν διὰ τὸ ἀναγκάζεσθαι ἢ χρωμένους τῷ πλήθει ὡπλισμένῳ δεδιέναι μᾶλλον, ἢ τοὺς πολεμίους, ἢ μὴ χρωμένους ὡς ἀληθῶς ὀλιγαρχικοὺς φανῆναι ἐν αὐτῷ τῷ μάχεσθαι, καὶ ἅμα χρήματα μὴ ἐθέλειν εἰσφέρειν, ἅτε φιλοχρημάτους. Οὐ καλόν.*

ἴσως Schneiderus cum Bekkero recepit ex Par. A. Ven. B. Vind. BE. Vat. H. Flor. ACV., hac addita explicatione: „Sic scilicet aeternae pacis spes ostenditur.“ Quod mihi secus videtur. In eo enim versatur disputatio, ut ostendat Socrates, oligarchiam propter dissidia, quae in ipsa sint, non valere ad bellum sustentandum, si quod ortum sit. Nihil igitur de pace, ne figurate quidem, ut patet ex illo ὡς ἀληθῶς ὀλιγαρχικοὺς φανῆναι ἐν αὐτῷ τῷ μάχεσθαι. Neque potuit omnino ille cum dubitatione, quae significetur vocabulo ἴσως, pronuntiare, non valere eos ad bellum bellandum, quum id necessario sequatur ex antecedentibus, unde petita sunt argumenta, quae ad illud probandum adiiciuntur. Nihilo vero minus probum est ἴσως, modo id accipiamus pro sane, utique, quae non infrequens eius est significatio. Vid. praeter eos, quos laudat Passovius in Lex., Buttmannus in Indice ad Plat. diall. IV. Inde autem videtur idem vocabulum contrarias habere significationes, quod ἴσως propric est aeque, ut aequum est, quod, per se positum, rem confirmat, ex opinione loquentis, incertam reddit; quo utroque modo usurpare licet etiam Germanicum **billig**, quod omnino illi respondet. Atqui illa hic agnita significatione servare possumus etiam οὐδέ, quod inter μὴν

et τόδε offerunt edd. ante Bekkerum et codd. omnes praeter Par. A., qui tamen a m. s. habet μὴν οὐδὲ τόδε, a m. pr. μὴν τόδε. Videtur sequentis vocabuli similitudo librarium induxisse, ut praetermitteret οὐδὲ, sicut idem codex solus a m. pr. omittit p. 555. A. μή, de quo expungendo nemo cogitavit, post —μεν, quorum utrumque fere eodem modo scribebatur. Sed omnino non minus Par. A., quam alii codd. saepius temere omittunt verba, ut inde, si quod vocabulum ille non habeat, concludere non liceat, eiiciendum id esse. Iam vero remota ironia simplex sententia haec est: Atqui ne hoc quidem honestum, non posse eos utique bellum bellare, quum cogantur aut utentes plebe armis instructa magis hanc reformidare, quam hostes, aut non utentes tamquam vere paucorum dominationis studiosos sese exhibere in ipso proelio, simulque pecuniam conferre nolint, quippe qui pecuniae avidi sint. Non est honestum.

LIB. VIII. p. 557. C.

Vidd. annott. ad IX. p. 584. E, p. 585. A.

LIB. IX. p. 573. B.

ἐάν τινας ἐν αὑτῷ δόξας ἢ ἐπιθυμίας λάβῃ (ὁ τυραννικὸς ἔρως) ποιουμένας χρηστὰς καὶ ἔτι ἐπαισχυνομένας, ἀποκτείνει τε καὶ ἔξω ὠθεῖ παρ' αὑτοῦ, ἕως ἂν καθήρῃ σωφροσύνης, μανίας δὲ πληρώσῃ ἐπακτοῦ.

Pro μανίας δὲ Vind. E. offert καὶ μανίας δή, Par. A. Vind. B. Vat. H. Flor. ACV. καὶ μανίας δέ. Quod cur damnaverint viri docti, me praeterit, quum, ut saepissime, ita hic librariis inutile videri potuerit καί, eoque recepto sententia certe non in deterius mutetur: donec eas purgaverit temperantia, quin etiam (vel et vero, aber auch) insania impleverit adacta; ut gradatio efficiatur. Legg. I. p. 637. E: ἅπασι δὴ τοῖς τοιούτοις, καὶ ἐν Τάραντι καὶ παρ' ἡμῖν καὶ παρ' ὑμῖν δὲ (quin etiam apud vos), μία ἀπόκρισις ἀπολύεσθαι δοκεῖ τοῦ μὴ κακῶς ἔχειν, ἀλλ' ὀρθῶς. ibid. III. p. 682. C: Αἵ γέ που καὶ ἐπεστρατεύσαντο αὐτῇ, καὶ κατὰ θάλατταν δὲ ἴσως (quin fortasse etiam mari), ἀφόβως ἤδη πάντων χρωμένων τῇ θαλάττῃ. Xenophon Hier. III. 2: Ὅς γὰρ ἂν φιλῆται δήπου ὑπό τινων, ἡδέως μὲν τοῦτον οἱ φιλοῦντες παρόντα ὁρῶσιν, ἡδέως δ' εὖ ποιοῦσιν, καὶ

ποθοῦσι δὲ, ἂν που ἀπίῃ, quin desiderant etiam, si quo abierit. Coniungit in hisce *δέ* enuntiatorum membra, *καί*, etiam, pertinet ad id, quod proxime illi subiectum est, quod idem valet etiam in *καὶ* — *τέ*, quorum saepius neutrum intellexerunt librarii. Itaque nihil obstat, quominus optimi codicis *καὶ μανίας δὲ* amplectamur, quamvis Schneiderus *καὶ* — *δὲ* ab hoc loco alienum esse dixerit. Aliter iudicandum esset, si legeremus *ἕως ἂν σωφροσύνης μὲν καθήρῃ*.

Praeterea notandum est, quod interpretes ita vertunt, quasi Plato scripserit *ἕως ἂν καθήρῃ ἑαυτὸν σωφροσύνης*, quod non licet; sed purgat ille opiniones suas et cupiditates interficiendo et extrudendo ex se, donec tales evadant, quales eas esse cupit.

LIB. IX. p. 578 A.

Τί δέ; φόβου γέμειν ἄρ' οὐκ ἀνάγκη τήν γε τοιαύτην πόλιν τόν τε τοιοῦτον ἄνδρα; Πολλή γε. Ὀδυρμοὺς δὲ καὶ στεναγμοὺς καὶ θρήνους καὶ ἀλγηδόνας οἴει ἔν τινι ἄλλῃ πλείους εὑρήσειν; Οὐδαμῶς.

Ὀδυρμοὺς δέ. Ita codd. Ven. B. Flor. AV. et edd. omnes. Vind. EF. Ang. B. Flor. CR. *ὀδυρμούς γε*. Caeteri omnes *ὀδυρμούς τε*; ut vix verum videri possit *Ὀδυρμοὺς δέ*. Quare Schneiderus Platonem scripsisse suspicatur *ὀδυρμούς δέ γε*, idque, quum *γε* et *τε* saepius a librariis confusa sint, depravatum fuisse in *ὀδυρμοὺς δέ τε*, unde codicum discrepantia explicari possit. Sed servari potest *Ὀδυρμούς τε*, ut Socrates, nullam habens rationem eius, quod ab altero interlocutore ad assensum suum declarandum interiectum est, vocula *τέ* annectat sequentia tamquam alia eiusdem generis, cuius sunt antecedentia. Qui particulae usus, frequentissimus apud historicos, ne a Platone quidem est alienus. Eiusdem libri p. 581. C, D: *Οἶσθ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι, εἰ θέλοις τρεῖς τοιούτους ἀνθρώπους ἐν μέρει ἕκαστον ἀνερωτᾶν, τίς τούτων τῶν βίων ἥδιστος, τὸν ἑαυτοῦ ἕκαστος μάλιστα ἐγκωμιάσεται; ὅ τε χρηματιστικὸς πρὸς τὸ κερδαίνειν τὴν τοῦ τιμᾶσθαι ἡδονὴν ἢ τὴν τοῦ μανθάνειν οὐδενὸς ἀξίαν φήσει εἶναι, εἰ μὴ εἴ τι αὐτῶν ἀργύριον ποιεῖ;* III. p. 391. B: *ὡς ἔδρασε (Ἀχιλλεύς) τοῦτο, οὐ πειστέον. τάς τε αὖ Ἕκτορος ἕλξεις περὶ τὸ σῆμα τὸ Πατρόκλου καὶ τὰς τῶν ζωγρηθέντων σφαγὰς εἰς τὴν πυρὰν, ξύμπαντα ταῦτα οὐ φήσομεν ἀληθῆ εἰρῆσθαι.* Phaedr. p. 248. C: *ᾧ ψυχὴ κουφίζεται, τούτῳ τρέφεται. θεσμός τε Ἀδραστείας ὅδε, ἥτις ἂν*

ψυχῇ θεῷ ξυνοπαδὸς γενομένη κατίδῃ τι τῶν ἀληθῶν, μέχρι τε τῆς ἑτέρας περιόδου εἶναι ἀπήμονα, κἂν ἀεὶ τοῦτο δύνηται ποιεῖν, ἀεὶ ἀβλαβῆ εἶναι. Cf. supra II. p. 364. C.

LIB. IX. p. 579. C.

Vidd. annott. ad VI. p. 507. E.

LIB. IX. p. 584. E, p. 585. A.

Θαυμάζοις ἂν οὖν, εἰ καὶ ἄπειροι ἀληθείας περὶ πολλῶν τε ἄλλων μὴ ὑγιεῖς δόξας ἔχουσι πρός τε ἡδονὴν καὶ λύπην καὶ τὸ μεταξὺ τούτων οὕτω διάκεινται, ὥστε ὅταν μὲν ἐπὶ τὸ λυπηρὸν φέρωνται, ἀληθῆ τε οἴονται καὶ τῷ ὄντι λυποῦνται, ὅταν δὲ ἀπὸ λύπης ἐπὶ τὸ μεταξὺ, σφόδρα μὲν οἴονται πρὸς πληρώσει τε καὶ ἡδονῇ γίγνεσθαι, ὥσπερ [δὲ] πρὸς μέλαν φαιὸν ἀποσκοποῦντες ἀπειρίᾳ λευκοῦ, καὶ πρὸς τὸ ἄλυπον οὕτω λύπην ἀφορῶντες ἀπειρίᾳ ἡδονῆς ἀπατῶνται. Μὰ Δί', ἦ δ' ὅς, οὐκ ἂν θαυμάσαιμι, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον, εἰ μὴ οὕτως ἔχει.

ὥςπερ [δὲ]. Bekkerus, Astius, Stallbaumius ὥσπερ δέ, quod etiam Schleiermacherus expressit. Ficinus: et quemadmodum. Sed edd. ante Bekkerum et codd. omnes praeter Mon. B. Flor. U. omittunt δέ; unde Schneiderus uncinos adhibuit, non plus ei, quam coniecturae auctoritatem tribuens. Et est sane ex inutili coniectura profectum ideoque delendum. Nam verba ὥσπερ πρὸς — λευκοῦ, describentia eos, quibuscum illi, de quibus in antecedentibus sermo est, comparantur, ita accedunt, quasi absolvant comparationem; quam ut magis perspicuam et perfectam exhibeat, addit praeterea scriptor καὶ πρὸς — ἀπατῶνται, nullam iam habens rationem eorum, quae ante ὥσπερ posita sunt. Idque usitate sic fit. III. p. 413. D: *Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγὼ, καὶ τρίτου εἴδους τούτοις γοητείας ἅμιλλαν ποιητέον, καὶ θεατέον, ὥσπερ τοὺς πώλους ἐπὶ τοὺς ψόφους τε καὶ θορύβους ἄγοντες σκοποῦσιν, εἰ φοβεροὶ, οὕτω νέους ὄντας εἰς δείματ' ἄττα κομιστέον.* Ad θεατέον sine coniunctione accedit ὥσπερ — σκοποῦσιν, et rursus ad hoc οὕτω — κομιστέον. IV. p. 432. D, E: *Πάλαι, ὦ μακάριε, φαίνεται πρὸ ποδῶν ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς κυλινδεῖσθαι, καὶ οὐχ ἑωρῶμεν ἄρ' αὐτὸ, ἀλλ' ἦμεν καταγελαστότατοι, ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς χερσὶν ἔχοντες ζητοῦσιν ἐνίοτε ὃ ἔχουσι, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτὸ μὲν οὐκ ἀπεβλέπομεν,*

πόῤῥω δέ ποι ἀπεσκοποῦμεν, ᾗ δὴ καὶ ἐλάνθανεν ἴσως ἡμᾶς. Hic editorum alii, a quibus non dissentit Schleiermacherus, ante καὶ ἡμεῖς, alii ante ὥσπερ colon ponunt; neutrubi recte, ut iam manifestum esse puto. Vera autem interpunctione in laudandis his verbis usus est Heindorfius ad Phaedon. p. 60 sq., quo loco non potest esse accommodatior alius ad comprobandam nostram explicandi rationem: καὶ ἐγὼ ἔν γε τῷ πρόσθεν χρόνῳ, ὅπερ ἔπραττον, τοῦτο ὑπελάμβανον αὐτό (i. e. τὸ ἐνύπνιον) μοι παρακελεύεσθαί τε καὶ ἐπικελεύειν, ὥσπερ οἱ τοῖς θέουσι διακελευόμενοι, καὶ ἐμοὶ οὕτω τὸ ἐνύπνιον, ὅπερ ἔπραττον, τοῦτο ἐπικελεύειν, μουσικὴν ποιεῖν, ubi plerique editores, in quibus etiam Wyttenbachius et Bekkerus, post διακελευόμενοι non comma ponunt, sed colon, quo posito orationis continuitas plane solvitur. Eadem ratio est etiam VIII. p. 557. C: Κινδυνεύει, ἦν δ' ἐγώ, καλλίστη αὕτη τῶν πολιτειῶν εἶναι, ὥσπερ ἱμάτιον ποικίλον πᾶσιν ἄνθεσι πεποικιλμένον, οὕτω καὶ αὕτη πᾶσιν ἤθεσι πεποικιλμένη καλλίστη ἂν φαίνοιτο. ubi vulgo post εἶναι colon ponunt. Eadem ratio est porro X. p. 605. B: καὶ οὕτως ἤδη ἂν ἐν δίκῃ οὐ παραδεχοίμεθα (τὸν μιμητικὸν ποιητὴν) εἰς μέλλουσαν εὐνομεῖσθαι πόλιν, ὅτι τοῦτ' (i. e. τὸ ἀγανακτητικόν τε καὶ ποικίλον ἦθος) ἐγείρει τῆς ψυχῆς καὶ τρέφει καὶ ἰσχυρὸν ποιῶν ἀπόλλυσι τὸ λογιστικόν, ὥσπερ ἐν πόλει ὅταν τις μοχθηροὺς ἐγκρατεῖς ποιῶν παραδιδῷ τὴν πόλιν, τοὺς δὲ χαριεστέρους φθείρῃ, ταὐτὸν καὶ τὸν μιμητικὸν ποιητὴν φήσομεν κακὴν πολιτείαν ἰδίᾳ ἑκάστου τῇ ψυχῇ ἐμποιεῖν, in quo loco interpungendo multum discrepant editores; veram interpunctionem interpretando offert Schleiermacherus. X. p. 611. C, D: νῦν δὲ εἴπομεν μὲν ἀληθῆ περὶ αὐτοῦ (i. e. περὶ τῆς ψυχῆς), οἷον ἐν τῷ παρόντι φαίνεται· τεθεάμεθα μέντοι διακείμενον αὐτό, ὥσπερ οἱ τὸν θαλάττιον Γλαῦκον ὁρῶντες οὐκ ἂν ἔτι ῥᾳδίως αὐτοῦ ἴδοιεν τὴν ἀρχαίαν φύσιν ὑπὸ τοῦ τά τε παλαιὰ τοῦ σώματος μέρη τὰ μὲν ἐκκεκλάσθαι, τὰ δὲ συντετρῖφθαι καὶ πάντως λελωβῆσθαι ὑπὸ τῶν κυμάτων, ἄλλα δὲ προσπεφυκέναι, ὄστρεά τε καὶ φυκία καὶ πέτρας, ὥστε παντὶ μᾶλλον θηρίῳ ἐοικέναι, ἢ οἷος ἦν φύσει, οὕτω καὶ τὴν ψυχὴν ἡμεῖς θεώμεθα διακειμένην ὑπὸ μυρίων κακῶν. Vulgo φύσει. οὕτω, quod Schneiderus mutavit in φύσει· οὕτω. Cf. Hom. Il. III. 60 sqq. et quae disputavimus ad II. p. 368. D.

εἰ μὴ οὕτως ἔχει. Lob. Vat. BM. Vind. B. Bekkerus, Astius, Stallbaumius εἰ μὴ οὕτως ἔχοι. Ven. B. habet ἔχει cum οι super ει. Quaeritur, num indicativus hic defendi possit. Provocat Schneiderus ad ἔχουσι in antecedentibus, cuius

eandem dicit esse rationem; quod verum non videtur. Illic enim pro certo ponitur, eos non habere sanas opiniones; hic contra cogitata ponitur conditio, quae non creditur. Quod plene ita dictum esset: *οὐκ ἂν θαυμάσαιμι, εἰ οὕτως ἔχει· ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον θαυμάσαιμι ἄν, εἰ μὴ οὕτως ἔχοι.* ut certe aptissimus sit optativus. Consentientibus tamen plerisque et optimis libris in *ἔχει*, statuendum videtur, Glauconem priorem protasin, *εἰ οὕτως ἔχει*, quem non pronuntiavit, animo quidem tenuisse, et inserta tantum negatione, quae potissimam hic habet vim, eandem illam conditionem post pronuntiavisse; ut *εἰ μὴ οὕτως ἔχει* conflatum sit ex *εἰ οὕτως ἔχει* et ex *εἰ μὴ οὕτως ἔχοι.*

LIB. X. p. 605. B.

Vidd. annott. ad IX. p. 584. E, p. 585. A.

LIB. X. p. 606. C, D.

Ἆρ' οὐχ ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ γελοίου, ὅτι, ἂν αὐτὸς αἰσχύνοιο γελωτοποιῶν, ἐν μιμήσει δὲ κωμῳδικῇ ἢ καὶ ἰδίᾳ ἀκούων σφόδρα χαρῇς καὶ μὴ μισῇς ὡς πονηρά, ταὐτὸν ποιεῖς, ὅπερ ἐν τοῖς ἐλέοις; ὃ γὰρ τῷ λόγῳ αὖ κατεῖχες ἐν σαυτῷ βουλόμενον γελωτοποιεῖν, φοβούμενος δόξαν βωμολοχίας, τότ' αὖ ἀνίης καὶ ἐκεῖ νεανικὸν ποιήσας ἔλαθες πολλάκις ἐν τοῖς οἰκείοις ἐξενεχθείς, ὥστε κωμῳδοποιὸς γενέσθαι. Καὶ μάλα, ἔφη. Καὶ περὶ ἀφροδισίων δὴ καὶ θυμοῦ καὶ περὶ πάντων τῶν ἐπιθυμητικῶν τε καὶ λυπηρῶν καὶ ἡδέων ἐν τῇ ψυχῇ, ἃ δή φαμεν πάσῃ πράξει ἡμῖν ἕπεσθαι, ὅτι τοιαῦτα ἡμᾶς ἡ ποιητικὴ μίμησις ἐργάζεται;

ὅτι, ἄν. Ita Schneiderus ex coniectura. Codd. et caeteri editores *ὅτι ἂν* vel *ὅ τι ἂν* cum interrogationis signo post *γελοίου* et cum puncto post *ἐλέοις*, excepto Stephano, qui utroque loco interrogationis signum posuit. Schneiderus sic argumentatur: „Bekkerus — *ὅ τι ἂν αὐτὸς αἰσχύνοιο* scribens dictionem exhibuit non magis probabilem, quam si Latine cuiuscunque temet ipsum puderet pro cuius etc. dicatur, tum parum grata numeri discrepantia pluralem *πονηρὰ* singulari *ὅτι* coniunxit, denique illud *ὅτι* ante *τοιαῦτα ἡμᾶς* in subsequenti Socratis sermone fulcro suo privavit.“ Sed vix probabile est, Platonem ita argumentaturum fuisse,

ut miserationis et ridiculi rationem eandem esse diceret, quod in utroque aliquis idem faciat, quum hoc ipsum demonstrandum esset, in utroque idem fieri, unde ultro sequitur, utriusque eandem esse rationem. Tum autem nihili videntur argumenta allata ad damnandum *ὅτι ἄν*. In sequentibus sane cogitandum est *ὁ αὐτὸς λόγος* ad *Καὶ περὶ ἀφροδισίων*; sed quidni ad illud accedere possit *ὅτι τοιαῦτα* etc., sive in antecedentibus posita est coniunctio *ὅτι* sive non est? Nec magis offensioni potest esse numeri diversitas, quum *ὅτι* tale sit verbum, quod universe aliquid indicet ita, ut ratio non habeatur eius, utrum illud sit unum, an plura. Xenophon Cyr. VIII. 3. 46: *ἀρκέσει γάρ μοι, ὅτι ἂν καὶ σὺ ἔχῃς, τούτων μετέχειν.* Similiter Plato Legg. III. p. 678. D: *εἰ γάρ πού τι καὶ περιγεγονὸς ἦν ὄργανον ἐν ὄρεσι, ταῦτα μὲν ταχὺ κατατριβέντα ἠφάνιστο.* Cf. Heindorfius ad Sophist. p. 225. B. fin. Denique *ὅτι ἂν* magis incertam designat rem, quam *ὃ ἂν* vel *ἃ ἄν*, et res prorsus incerta hic significatur: quidquid ipse risus movendi causa facere vereris, idem tamen (i. e. si idem) in imitatione comica theatrali vel etiam privatim audiens magnopere delectaris et non tamquam inhonestum odisti, idem facis, quod in miseratione. Itaque dubium non videtur, quin restituenda sit vulgata scriptura.

Optativus *αἰσχύνοιο*, cuius loco Stephanus et Astius sine codicum auctoritate ediderunt *αἰσχύνῃ*, positus est ex Socratis opinione, talia facere pudere Glauconem. Tamquam rem certam contra pronuntiat Socrates, illum eiusmodi imitatione delectari, si ab aliis exhibeatur.

LIB. X. p. 611. C, D.

Vidd. annott. ad IX. p. 584. E, p. 585. A.

LIB. X. p. 612. C.

Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, τά τε ἄλλα ἀπεδυσάμεθα ἐν τῷ λόγῳ καὶ οὐ τοὺς μισθοὺς οὐδὲ τὰς δόξας δικαιοσύνης ἐπηνέγκαμεν, ὥσπερ Ἡσίοδόν τε καὶ Ὅμηρον ὑμεῖς ἔφατε, ἀλλ' αὐτὸ δικαιοσύνην αὐτῇ ψυχῇ ἄριστον εὕρομεν καὶ ποιητέον εἶναι αὐτῇ τὰ δίκαια, ἐάν τε ἔχῃ τὸν Γύγου δακτύλιον ἐάν τε μή, καὶ πρὸς τοιούτῳ δακτυλίῳ τὴν Ἄϊδος κυνῆν; Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις.

ἀπεδυσάμεθα. Par. ADK. Ven. C. Lob. Vind. F. Mon. B. Vat. BM. Ang. B. Stobaeus et inter versus Flor. T. ἀπελυσάμεθα. Ficinus vertit: Nonne cetera quidem in hac disputatione exposuimus? praemia vero ipsius et honores nequaquam attulimus, unde non apparet, utrum legerit. Viri docti, quorum solus Astius in secunda ed. probaverat ἀπελυσάμεθα, consentiunt in scribendo ἀπεδυσάμεθα, magnopere discrepant in explicando. Si quid video, verum est ἀπελυσάμεθα: et caeteris nos liberavimus in disputatione et non attulimus praemia et famam iustitiae, id est, quum caeteris nos liberavimus tum eo, quod non attulimus praemia et famam iustitiae. Proposuerant sibi Socrates et amici ita disputare de iustitia et iniustitia, ut utraque per se spectaretur neque commemorarentur fama praemiaque iustitiae, quin ut is, qui iustus esset, iniusti speciem prae se ferret, iniustus contra iusti. Illo proposito se disputando exsolverunt quum omnino tum maxime, quod praemia et famam iustitiae non commemorarunt; et iam ulterius tendunt, ut hoc quoque appareat, quae commoda redundent in eum, qui iustitiam exercet: Ἆρ' οὖν, inquit Socrates statim post, ὦ Γλαύκων, νῦν ἤδη ἀνεπίφθονόν ἐστι πρὸς ἐκείνοις καὶ τοὺς μισθοὺς τῇ δικαιοσύνῃ καὶ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ ἀποδοῦναι —;

LIB. X. p. 616. C.

Refertur narratio Alcinoi, qui inter defunctos versatus esse dicitur: καὶ ἀφικνεῖσθαι τεταρταίους ὅθεν καθορᾶν ἄνωθεν διὰ παντὸς τοῦ οὐρανοῦ καὶ γῆς τεταμένον φῶς εὐθύ, οἷον κίονα, μάλιστα τῇ ἴριδι προσφερῆ, λαμπρότερον δὲ καὶ καθαρώτερον· εἰς ὃ ἀφικέσθαι προελθόντες ἡμερησίαν ὁδὸν καὶ ἰδεῖν αὐτόθι κατὰ μέσον τὸ φῶς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὰ ἄκρα αὐτοῦ τῶν δεσμῶν τεταμένα· εἶναι γὰρ τοῦτο τὸ φῶς ξύνδεσμον τοῦ οὐρανοῦ, οἷον τὰ ὑποζώματα τῶν τριήρων, οὕτω πᾶσαν συνέχον τὴν περιφοράν· ἐκ δὲ τῶν ἄκρων τεταμένον Ἀνάγκης ἄτρακτον, δι' οὗ πάσας ἐπιστρέφεσθαι τὰς περιφοράς.

τὰ ἄκρα αὐτοῦ τῶν δεσμῶν. Quaeritur, quomodo haec intelligi possint. Schleiermacherus, qui lumen, quod cum columna iridi simili comparatur, cum Boeckhio pro circulo lacteo habet, ante τῶν δεσμῶν inserendum putat ἐκ, quod, omisso tamen αὐτοῦ, in Vat. M. exstat, ut poli, quos τὰ ἄκρα αὐτοῦ (τοῦ οὐρανοῦ) significare statuendum esse censet, ex

illo vinculo sive lumine tensi dicuntur: und sähen dort vom Himmel her seine Enden an diesen Bändern ausgespannt. Nam extremas partes coeli vinculorum non esse tenendas. Schleiermachero assentitur Stallbaumius. Schneiderus nulla dicit opus esse mutatione, „si ad medium axem, h. e. ad centrum terrae idemque mundi (cf. ἄγω p. 621. B.) pertinentia vincula cogitemus ab extremis sphaeris radiorum instar ad fusum Necessitatis circa centrum stantem porrecta et utrinque nexa, quorum vinculorum ope vertente fuso totus mundus cum omnibus sphaeris convertatur.“ Sed ita lumen comparari non potuit cum columna. φῶς εὐθὺ non aliter cogitari posse videtur, quam tamquam recta lucis columna, quae ex uno coeli polo ita pertineat ad alterum, ut per mediam terram permeet. Quod illud comparatur cum iride, id non pertinet ad figuram eius, sed ad colorem, ut coniicere liceat etiam ex adiecto λαμπρότερον δὲ καὶ καθαρώτερον. Itaque hoc dicit Plato, vidisse illos, quum in medio lumine essent, utramque eius luminis (τῶν δεσμῶν τοῦ οὐρανοῦ) extremam partem ex coelo tensam vel nexam; quumque non τοῦ φωτος, sed pro eo αὐτοῦ (τοῦ οὐρανοῦ) τῶν δεσμῶν dixisset, adiicit explicandi causa εἶναι γὰρ τοῦτο τὸ φῶς etc. Est igitur etiam ad ἐκ δὲ τῶν ἄκρων non τοῦ οὐρανοῦ cogitandum, sed τοῦ φῶτος.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

Pag.	lin.	pro	legendum
1	3	Στμωνίδης	Σιμωνίδης
2	4	exiogitatum	excogitatum
3	6	discerepantiae	discrepantiae
—	31	439	436
4	2	ἰατσικὴ	ἰατρικὴ
5	1	ἰστὶ	ἐστὶ
—	32 sq.	αὔτης — αὔτης	αὐτῆς — αὐτῆς
6	9	sa	se
8	10	ἀνπρώπων	ἀνθρώπων
—	13	perticula	particula
—	14	vorborum	verborum
11	38	protatis	protasis
12	4	minine	minime
14	25	videtur.	videtur:
15	4	puod	quod
17	28	ἑαυτὸν et ἑαυτοῦ	αὑτὸν et αὑτοῦ
23	21	Praemitti	Praetermitti
26	28	postore	pastore
27	4	satagat	satagat (satagit)
29	38	legitimus	legitimis

Levia sunt haec omnia; leviora etiam videntur alia, ut *Τί δε*, *ἑκάστη*, *ὡς*, *καλεπὸς*, *Λακεδαιμόνιοι*, Schneiderius, Sokrates, qualia etiam non indicata nemini legenti moram afferre possunt, quamvis libellum turpent.

Pag. 25 lin. 21 post probabile est. addantur haec: Phaedon. p. 91. C: *ἀντιτείνετε εὐλαβούμενοι, ὅπως μὴ ἐγὼ ὑπὸ προθυμίας ἅμα ἑαυτόν τε καὶ ὑμᾶς ἐξαπατήσας — οἰχήσομαι.* ubi Bekkerus fere sine ulla librorum auctoritate *ἑαυτόν* mutavit in *ἐμαυτόν*.





